

DL  
12 10

99  
VI


*Pharmacopus  
norvegica*

Dv 1210

*P. Kallman*

Pharmacopoea Norvegica





# Pharmacopoea norvegica.

Regia auctoritate edita



---

Christiania.

Typis Brøgger & Christie.

1854.

Pharmacopoea norvegica.

Berlin auctoris edita.

1811.

Pharmacopoea norvegica.

1811.

## Placat

angaaende Indførelse af

### en ny Pharmakopoe i Norge.

**Vi Oscar, af Guds Naade, Konge til Norge og Sverige, de Gothers og Venders, gjøre vitterligt:**

Det af den ved høieste Resolution af 7 April 1842 anordnede Commission udarbejdede Udkast til en Pharmakopoe for Norge auctoriseres herved under Navn af Pharmacopoea norvegica til Brug paa alle Rigets Apotheker fra 1 Juli 1855, til hvilken Tid derfor samtlige Apothekere baade skulle være forsynede med et Exemplar af samme, og derhos have truffet de til dens Anvendelse nødvendige Forberedelser.

Som Følge heraf sættes den nu gjældende Pharmacopoea danica af 14 Juni 1805, Pharmacopoea pauperum af 20 Marts 1799 og Pharmacopoea militaris af 1813 fra ovennævnte Tid ud af Kraft.

I Anledning af bemeldte nye Pharmakopoes Udgivelse bestemmes derhos Følgende:

#### § 1.

Fra den ovennævnte Tid, 1 Juli 1855, skulle Apothekerne holde deres Officiner forsynede med et tilstrækkeligt Forraad af de i den nye Pharmakopoe opførte Lægemidler, saavel raee som tilberedte. De sammensatte Lægemidler, hvis Tilberedningsmaade er angiven i Pharmakopoen, skulle paa Apothekerne tilberedes nøiagtigen efter de foreskrevne Formler.

#### IV

##### § 2.

Apothekerne ere derhos pligtige til, snarest muligt, baade at anskaffe de raac og tilberede de sammensatte Lægemidler, som ikke findes opførte i Pharmakopoen, naar de af Lægerne maatte forlanges. Dog paaligger det i dette Tilfælde Lægerne at angive Sammensætningen og Tilberedningsmaaden.

##### § 3.

Apothekerne skulle forsyne de Skuffer, Kar og øvrige Gjemmer, i hvilke Lægemidler nogetsteds i Apotheket opbevares, med de i den nye Pharmakopoe optagne officinelle Navne, enten det fuldstændige, eller det forkortede, og, med Undtagelse af de i § 4 anførte, med sorte Bogstaver.

##### § 4.

Paa de i Forraadskamrene og Officinet værende Skuffer, Kar og andre Gjemmer, i hvilke de Lægemidler opbevares, som ere opførte i de Pharmakopoen vedfoiede tvende Fortegnelser, A og B, og som i Pharmakopoen ere betegnede med \*, — skulle Lægemidlernes Navne anbringes med røde Bogstaver.

De i bemeldte Fortegnelser opførte Lægemidler, som ikke opbevares i Glas, skulle opbevares i Skuffer eller Kasser, udførede med forfinnet Jernblik med Laag af samme Material.

De i Fortegnelsen A opførte Midler skulle endog opbevares i Skabe eller andre egne Gjemmer, som stedse holdes tillaaede og til hvilke Apothekets Bestyrer eller en Medhjælper har Nøglen.

Paa samme Maade blive og de farlige Lægemidler at behandle, som ikke i denne Pharmakopoe ere opførte og herefter maatte blive officinelle, eller af Lægerne forordnede.

##### § 5.

Til Species benyttes Sold af forfinnet Jernblik, hvis Bund er forsynet med runde Huller af  $\frac{1}{6}$  Tommes Diameter, med Undtagelse af dem, for hvilke i Formlerne anderledes er bestemt.



Til Pulvis crassus benyttes ligeledes Sold af fortinnet Jernblik, hvis Bund har runde Huller af  $\frac{1}{16}$  Tommes Diameter; til Pulvis communis Silkedug, som paa een Tomme har 70—80 Traade; til Pulvis subtilissimus Silkedug, som paa een Tomme har 130—150 Traade.

Naar Pulverets Fiinhed ikke er angiven i Recepten, udleveres stedse Pulvis communis.

Haardug kan benyttes, naar den giver samme Fiinhed.

#### § 6.

Plaster stryges stedse paa Lærred, hvis ikke en anden Materie i Recepten er forlangt. Naar ikke en tykkere Paastrygning i Recepten er forlangt, regnes paa et Stykke Lærred, Skind eller Taft, som holder 16 (sexten) Qvadrattommer, 2 (to) Drachmer af alle Plastermasser, med Undtagelse af Emplastrum adhæsivum, af hvilket, naar det skal bruges til Heftning, regnes  $\frac{1}{2}$  (en halv) Drachme, og Emplastrum Cantharidum colatum, af hvilket regnes  $1\frac{1}{2}$  (halvanden) Drachme, og forøvrigt i Forhold til Størrelsen.

#### § 7.

Læger ere pligtige til i deres Recepter at forskrive de i Pharmakopoeen opførte Lægemidler med de deri givne officielle Navne, enten det fuldstændige systematiske, eller det forkortede.

Hvis der i Recepter, der alle skulle skrives tydeligt og i det latinske Sprog, forekommer noget Middel, som i Pharmakopoeen er betegnet med \* og er foreskrevet i en større Dosis, end den i Pharmakopoeen angivne Middeldosis, bør Vægten angives baade med Bogstaver og Tegn, og Middelet understreges.

Mangler Recepten disse Sikkerhedsmærker, bør Apothekerne sende den tilbage til Lægen, for at give denne Anledning til at erklære sig.

Foranførte Bestemmelser skulle, foruden paa sædvanlig Maade at offentliggjøres, derhos foran i Pharmakopoeen aftrykkes.

Hvorefter alle Vedkommende sig underdanigst have at rette.

Givet paa Stockholms Slot den 16 September 1854.

Under Vor Haand og Rigets Segl.

**Oscar.**

L. S.

Fredr. Due.

Schouboe.

## A.

Fortegnelse over de Lægemidler, der skulle opbevares paa den Maade, som Placatens § 4 bestemmer, i tillaaede Gjemmer.

Acetas morphinicus.  
 Acetas strychninicus.  
 Acidum arsenicosum.  
 Acidum hydrocyanicum dilutum.  
 Amideto-Chloretum hydrargyricum.  
 Chloretum aurico-natricum.  
 Chloretum hydrargyricum corrosivum.  
 Conium.  
 Cyanetum kalicum.  
 Iodetum hydrargyricum rubrum.  
 Iodetum hydrargyrosum flavum.  
 Morphinum.  
 Oxydum hydrargyricum.  
 Solutio Arseniatis ammonici.  
 Solutio Arseniatis natrici.  
 Solutio Arseniitis kalici.  
 Strychninum.  
 Sulphas morphinicus.  
 Sulphas strychninicus.  
 Veratrinum.


## B.

Fortegnelse over de Lægemidler, der skulle opbevares paa den Maade, som Placatens § 4 bestemmer, i ikke tillaaede Gjemmer.

- Acetas cupricus.
- Acetas plumbicus.
- Acetum Opii.
- Aerugo.
- Aqva Amygdalarum amararum destillata.
- Bulbi Scillæ maritimæ.
- Cantharides.
- Chloretum hydrargyrosu mite præcipitatu.
- Chloretum hydrargyrosu mite sublimatu.
- Creosotum.
- Essentia bulboru Scillæ.
- Essentia Cantharidum.
- Essentia Cantharidum fortior.
- Essentia folioru Aconitoru.
- Essentia folioru Digitalis.
- Essentia folioru Digitalis composita.
- Essentia Opii ammoniata.
- Essentia Opii crocata.
- Essentia Opii simplex.
- Essentia Pulpæ Colocynthidis.
- Essentia seminu Colchici.
- Essentia seminu Daturæ.

- Extractum bulborum Scillæ.  
 Extractum foliorum Aconitorum.  
 Extractum foliorum Atropæ.  
 Extractum foliorum Daturæ.  
 Extractum foliorum Digitalis.  
 Extractum foliorum Hyoseyami.  
 Extractum herbæ Conii.  
 Extractum Pulpæ Colocynthidis.  
 Extractum Pulpæ Colocynthidis compositum.  
 Extractum seminum Strychni.  
 Folia Aconitorum.  
 Folia Atropæ Belladonnæ.  
 Folia Conii maculati.  
 Folia Daturæ Stramonii.  
 Folia Digitalis purpureæ.  
 Folia Hyoseyami nigri.  
 Gummi-resina Convolvuli Scammonia.  
 Gummi-resina Hebradendri cambogioides.  
 Iodum.  
 Massa pilularum Pulpæ Colocynthidis compositarum.  
 Minium.  
 Nitras argenticus crystallisatus.  
 Nitras argenticus fusus.  
 Nitras hydrargyroso-ammoniacus.  
 Nitras hydrargyrosus.  
 Opium.  
 Opium depuratum.  
 Oxydum plumbicum.  
 Oxydum stibicum.  
 Phosphorus.  
 Pingvoleon seminum Crotonum.  
 Pulpa fructuum Cucumeris Colocynthidis.  
 Pulvis Cephaëlidis opiatus.

Pulvis Sulphureti stibici cum Oxydo stibico.  
 Radix Atropæ.  
 Radix Veratri albi.  
 Resina Euphorbiarum.  
 Resina radice Ipomæarum.  
 Semina Daturæ Stramonii.  
 Semina Schoenocaulorum.  
 Semina Strychni Nucis Vomicae.  
 Solutio Chloreti stibici.  
 Solutio Chloreti zincici concentrata.  
 Solutio Iodi alcoholica.  
 Solutio Nitratis hydrargyrosi.  
 Solutio Superiodeti kalici.  
 Sulphas cuprico-ammoniacus.  
 Sulphas cupricus.  
 Sulphidum carbonicum.  
 Tartras stibico-kalicus.  
 Trichloretum formylicum.



## PRÆFATIO.

Qvæ in Norvegia hodie valent Pharmacopoeæ, sc. Ph. danica 1805, Ph. pauperum danica 1799, Ph. militaris 1813, legibus 14 Junii 1805 & 20 Martii 1799 & decreto regio 1 Junii 1812 imperatæ, Norvegiæ Daniæqve, unitis tunc temporis regnis, conscriptæ sunt; & Pharmacopoea, qvæ jam prodit, princeps soli Norvegiæ elaborata est. Qvæ qvum & ab iis, qvas diximus, & ab aliis etiam recentioribus tam forma, qvam argumento multum differat, nos, qvibus summa Norvegiæ potestas decreto 9 Aprilis 1842 conscribendi curam demandavit, convenit rationes, qvas secuti simus, paucis exponere.

Medicamentorum, qvæ in Pharmacopoeam recipienda essent, delectum constituendi prima fuit nostra cura. Qvod ut melius perficeremus, a regni medicis & pharmacopolis literis 30 Aprilis ejusdem anni missis petiimus, ut indicarent, tam, qvæ ex Ph. danica 1805 in novam norvegicam haud transferenda medicamina, qvam qvæ recentiora accipienda judicarent; eodemqve consilio ex antiquioribus medicamentis qvænam excludenda vel retinenda & e recentioribus qvænam recipienda essent, in Societate hujus urbis medica disputationi sæpius subjecimus. Qvas tali modo accepimus observationes, consilia monitaqve faciliorem nobis reddiderunt eligendi operam, in qva tamen singulorum virorum opinionem minus spectavimus, qvam qvod, sedula instituta investigatione, cum medicorum nostrorum desiderio in universum maxime nobis congruere videbatur. Qvapropter nec obsoleta medicamenta, qvæ a nonnullis modo Norvegiæ medicis adhiberentur, nec nova, qvorum vires nondum satis

exploratæ vel usu vulgo probatæ essent, admisimus. Nihil tamen minus, præscribente medico, talia etiam medicamina parare & dispensare in posterum, sicuti hactenus, pharmacopolarum erit. Neque corpora, quæ, quamquam ut medicamina adhibita, ad domesticos usus pertinent, nec in pharmacopoliis vel conservari, vel emi solent, v. c. lac, ova, cerealium farinam, panem, nec in universum fructus recentes, neque quæ vulgo ex aliorum mercatorum tabernis petuntur, v. c. vina, aquas minerales, recepimus.

Nomenclaturam, quam vocant, in Pharmacopoeis hactenus vulgo usitatam, inconstantia aliisque gravibus laborare vitiis ideoque esse multopere merito vituperatam, jam diu inter omnes peritos satis constat. In hisce enim operibus adhuc valent multorum medicamentorum nomina, quæ arbitrio electa & trivialia sunt, nec non scientifico sensu carent, atque capropter difficulter & ediscenda & memoria servanda. In hac Pharmacopoea nomenclaturam, quantum potuimus, cum hodierna scientia consentaneam adoptare conati, non simplicibus solum, quæ dicuntur, & crudis materiis atque præparatis vere chemicis, sed pharmaceuticis etiam talia nomina adsignare studuimus, quibus vel integra compositio, vel efficacior saltem ejus pars indicari posset. Talis enim nomenclatura & literatum opus, qualis Pharmacopoea est, maxime decet & memoriæ facillime & firmissime infigitur. Itaque quum multa usitata nomina, ubi potuimus, cum aliis scientiæ probatis commutaverimus, medici & pharmaceutæ, ad alia nomina adsveti, initio quidem sæpe dubitabunt, priusquam nova cognoverint; brevi autem fore putamus, ut hæc sibi æque familiaria reddiderint, atque illa. Neque igitur Pharmacopoeæ norvegicæ alia eveniet sors, ac aliis Pharmacopoeis, quæ aliis successerunt, & in universum novis legibus, quæ antiquas abrogant. Et prodiit Pharmacopoea danica 1805, cujus nomenclatura ab ea, quam Pharmacopoea danica 1772 præcepit, admodum differt, nulla tamen exinde, quantum nos quidem scimus, justa exorta reprehensione. Novæ hujus Pharmacopoeæ nomenclatura, utpote scientifico fundamento constructa, mox naturalis agnosceatur.



a tironibus, qui nullam haecenus nomenclaturam cognoverunt, longe minori difficultate addiscetur & sine desiderio ab iis commutabitur, qui hucusque aliam usurparunt. Quum vero nomenclatura accurate systematica in multis medicamentis satis longa sit, breviorē subjunximus, quam medicis & pharmacopolis adhibere licebit.

Quæ vero nomenclatura quum aliis valde præstare nobis videatur, eo magis deploramus, nos non potuisse ad omnia pharmaceutica præparata eandem extendere, v. c. ad ea, quæ e pluribus medicamentis composita sunt, quorum efficacia non uni, sed omnibus vel pluribus adscribenda sit, v. c. Massam pilularum sedantium, Unguentum aromaticum, et cætera.

Quum igitur hujus Pharmacopoeæ nomenclatura in permultis medicamentis a vulgari tantopere discrepet, synonyma adjecimus, quæ vel e Ph. danica 1805 petimus, vel e recentissimis vicinarum civitatum Pharmacopoeis, sc. Ph. danica 1850, Ph. svecica 1845, Ph. slesvico-holsatica 1831, Codice medicamentario hamburgensi 1852, Ph. borussica 1846, utpote quas e peregrinis Pharmacopoeis Norvegiæ medici & pharmacopolæ maxime cognoverint & ad quas præscriptæ formulæ in nostris pharmacopoliis frequentius occurrant. In hisce autem synonymis addendis minus curavimus, eademne prorsus ratione præpararentur medicamenta, modo eadem vel similes essent substantiæ eorum efficaciores.

Plurimæ Pharmacopoeæ, & antiquiores & recentiores, pharmacognosin quoque receptorum materiarum crudarum, nonnullæ præterea a pharmacopolis inde paratarum, exponunt; chemica insuper præparatorum bonitatis signa, colligendi tempus & modum, conservandi rationem, quin etiam generales medicamentorum dispensandorum regulas plures addunt. Quæ tamen omnia plerumque omisimus, quia in operibus de historia naturali, chemia & pharmacia melius pleniusque traduntur, magna ex parte ad scientiarum progressus accommodantur, nec in Pharmacopoea aptum tenent locum, quæ, ut nostra fert opinio, indicem modo medicamentorum,

quæ regni pharmacopolis suppeditanda sint, addita eorum, quibus necesse sit, præparandi ratione, continere debet.

Crudis & præparatis medicamentis Pharmacopœa duas separatas partes adsignare solent, eo potissimum consilio, ut, quæ pharmacopolæ emere vel per alios colligere possint, ab iis, quæ ab ipsis colligenda & præparanda sint, separentur; quam rationem, difficulter accurate perficiendam, facileqve eludendam ideoque dubiæ vel vix ullius utilitatis, haud adoptavimus. Omnia igitur medicamina, tam quæ cruda vocantur, quam præparata, ex literarum ordine collocanda esse statim constituimus; quam dispositionem aptam esse, postea nobis etiam magis eo apparuit, quod & Pharmacopœa borussica 1846 & Adumbratio Pharmacopœa austriacæ 1852 eadem usæ sunt.

Plura Salia, Acida aliaque præparata, tam cruda vel venalia, quam depurata vel pura, multæ Pharmacopœa receperunt. Illa autem, quippe quæ alienis materiis commixta sint, quum medicamentorum loco adhiberi non debeant, nec necessarium, nec justum est, in indicem eorum, quæ ad medicum usum comparare pharmacopolarum erit, referre; quapropter ea ex Pharmacopœa nostra exclusimus. Omnia, quæ e pharmacopoliis ut medicamina dispensantur, præparata pura illa quidem esse debent, non intellecta tamen, nec postulata accurata puritate chemica, modo pharmaceutica. Acidum hydrochloricum enim vel sulphuricum, licet Ferri, Argillæ, Acidi nitrici, vel Chloras kalici, licet Chloreti kalici nonnihil contineat, idonea tamen medicamenta juste putantur; eadem vero præparata, si Arsenicum, Plumbum, Cuprum contineant, in medicum usum non sunt adhibenda. Quanta aliarum immixtarum magis indifferentium materialium toleranda sit copia, in universum constitui nequit; interdum enim vel centesima aliena pars nulli erit noxæ, quum sæpius ducentesima pars vel etiam minor neutiquam permittenda sit. Præparatum igitur utrum propter alienas mixtiones rejiciendum sit, nec ne, medicorum, quorum est pharmacopolia inspicere, judicio committendum est.

Medicamenta, quorum formulæ in Pharmacopœa traditæ sunt, modo hisce præscripto a pharmacopolis ipsis præparanda sunt; præparata autem, quorum formulæ in Pharmacopœa non sunt indicatæ, aliunde oportet quærendi potestatem habeant; utrobyque vero bonitatem eorum præstare debent.

In formulis compositis materiarum quantitates non ad pondus sunt indicatæ, sed ad partes, tam literis, quam numeris expressas, id quod mutuas earum rationes magis conspicuas reddit & omnibus, ad quas compositum medicamentum præparandum est, quantitatis quadrat.

Ad pondus determinandum secundum legem 28 Julii 1824 pondus medicum norvegicum ubique adhibitum est. Pharmacopolis vero nostris quum frequentius eveniat, ut ad peregrinas Pharmacopœas vel Dispensatoria vel exterorum medicorum formulas sibi oblatas medicamenta præparanda sint, additæ sunt tabulæ, quæ inter Norvegiæ & plurium peregrinarum terrarum pondera medica rationes monstrant.

Ad caloris gradum constituendum ubique thermometro centipartito usi sumus, quia & commodissimum nobis videtur, & in pluribus Europæ terris adhibetur, & in congressu Scandinaviæ naturæ scrutatorum, Hafniæ 1840 habito, in Scandinavia in doctis operibus adhibitum id volebant.

In indicanda temperatura, qua fluidorum pondus specificum determinatum est, decimus quintus caloris gradus semper est intellectus, nisi alius sit expresse allatus.

Jam quod in certis præparatis commiscendis & pharmacopolis & medicis haud minimæ opportunitati erit, si æquivalentium pondera indicata sint, medicamentis, quorum chemicæ proportiones cognitæ sunt, formula chemica, compositionem accuratissime ostendens, addita est. Est etiam partium quantitas & ad æquivalentium pondus, & ad centesimas partes allata, qua re compositionis ratio statim clarissime perspicitur.

Etiam in Solutionibus, quod proxime competit, æquivalentium

pondus indicavimus, quod in multis casibus utilitatem afferre poterit. Sic medicus Acidum hydrocyanicum dilutum adhibere solet; quod vero si cum Cyaneto kalico commutandum esse censeat, ita, ut hujus præparati Cyanum ut liberum Acidum hydrocyanicum computetur, Cyaneti kalici dosin, Acido hydrocyanico æquantem, ex utriusque præparati æquivalentium ponderibus facile computare possit.

Plura, quæ in Pharmacopoeam danicam 1805 recepta sunt, Acida diluta Saliumque Solutiones pari inter Solvendum & Solvens ratione carent. In universum autem medico proderit confestim scire, quantum possit talium medicamentorum præscribere dosin, dilutionis gradus justa habita ratione. Talibus igitur Acidis & Solutionibus, quantum fieri poterit, eandem tribuendam esse dilutionem, rati, efficax medicamen decimam eorundem in universum partem explere debere judicavimus, medicaminibus tamen admodum efficacibus, v. c. Acido hydrocyanico, vel si aqua decimam medicaminis partem haud solvere valeat, v. c. Chloro, exceptis.

Essentias admodum variis substantiarum vegetabilium & extrahentis fluidi, v. c. Spiritus, proportionibus parari, earumque digestionem tempore & caloris gradu maxime vario perfici, Pharmacopoea danica 1805 jubet; id quod medicamentorum, quæ diximus, fortitudinem agendi que modum multum variat. Ad majorem hujus rei obtinendam stabilitatem, in Essentiis in universum unicam solummodo elegimus proportionem, in qua vel integra materia vegetabilis, vel efficacior ejus pars quintam Essentiæ partem efficit.

Pro extrahente remedio, perpaucis exceptis, Alcohol adhibuimus, & quia hujus fortitudo melius, quam Vini, statui potest, & quia Vinum alias præterea variat. Alcohol autem alius in aliis substantiis vegetabilibus electum est fortitudinis, ut quamque ad extractionem perficiendam aptam esse experientia docuit.

Jam quod experimenta satis probaverunt, Extractions facilius citiusque perfici posse coctione, nec causa est, cur effica-

cem plantæ partem tali ratione vim suam perdere credamus, eam commendavimus. Huc accedit, ut major minorve pro necessitate Essentiarum quantitas parari possit coctione, sicque melius caveri liceat, ne differentis efficacitatis præparata fiant.

Extracta mollia facile corrumpi vel exsiccati, aquæque evaporatione vel majorem efficaciam vel aliam agendi vim sumere, satis est notum. Extracta vero aquæ balneo perfecte siccata diu immutata conservantur, id quod & pharmacopolas a detrimento tutos præstat &, quantum fieri potest, constantis immutabilisque medicaminis præparandi copiam facit. Omnia itaque Extracta, præter perpauca, sicca esse conservanda credidimus. Ad faciliorem vero reddendam evaporationem omnibus fere fortioribus Extractis siccatis Sacchari Lactis quarta pars apposita est, quod in præscribendo medicus observare debet. Quum experimenta probaverint, communis spissitudinis Extracta quartam in universum ponderis partem siccatione perdere, eorum, quibus Saccharum Lactis non est appositum, dosis est tres quadrantibus ( $\frac{3}{4}$ ) ejus, quæ illa Extracta vulgo adhibentur.

Quum pauca plantæ medicinales, e quibus Extracta parentur, in Norvegia nascentur, neque semper fiat, ut Extracta, e plantis recentibus parata, ab exteris terris advehi possint, omnia Extracta, si perpauca exceperis, e siccatis plantis paranda esse judicavimus. Quum autem compositio Extracti, modo e recenti, modo e siccata planta parati, non possit, quin inconstans evadat, omnibus fere eandem parandi rationem constituendam esse putavimus.

Venena, nullo tamen nominatim indicato, in propriis capsis & sub propriis claustris servare lex 4 Decembris 1672, § 22, pharmacopolas jubet; nonnulla modo Arsenici, Plumbi & Hydrargyri venena, in universum octo, lex 1 April 1796 affert, quibus Phosphorum regium decretum 31 Juli 1846 adjecit; quæ pharmacopolis solis, certis observatis cautionibus, vendere aliove modo in publicum tradere liceat. Quum vero multa venena æque periculosa sint, atque quæ diximus, plura etiam periculosiora, ea

quoque in indicem eorum, quæ eodem modo custodienda sunt, monente prudentia, accipienda esse credimus.

Neque quæ hactenus præscriptæ sunt, cautiones ad periculosa remedia in pharmacopoliis custodienda, ad incommoda evitanda sufficere nobis visæ sunt; quapropter tutiores imperandas esse putavimus easque commendavimus.

Ut noxæ melius evitentur, medicamenta insuper, quæ exiguis dosibus intus assumtis periculosos effectus edere valent, asterisco (\*) notata sunt, adjectis præterea plurimorum media dosi medica adultis propinanda & dosi plerumque periculosa.

Ad Specierum & Pulverum subtilitatis gradus accurate determinandos cribra vel pannos cribrarios, variæ densitatis, Specierum nempe duobus & Pulverum tribus, qui vulgo usurpantur, subtilitatis gradibus: Pulveri crasso, Pulveri communi, Pulveri subtilissimo, accommodatæ, svasimus.

Quo consuetio melius dijudicari & computari possit, quantitatem Emplastri massæ, quam ad pannum certæ magnitudinis illinendum sufficere, experientia duce, vulgo arbitrari licet, indicavimus.

Plures Pharmacopoeæ, v. c. gallicæ & edinburghensis recentiores editiones, württembergensis 1847, dublinensis 1850, lingvis terrarum vernaculis, græca autem & Americæ unitarum civitatum Pharmacopoeæ & latina & vernacula lingua conscriptæ sunt; quod vero hodierno etiam tempore graviter est vituperatum. Neque in vernacula usurpanda illa opera satis sibi constiterunt, quippe quæ in medicamentorum nominibus latinam linguam haud fastidiverint. Horum autem rationem quominus in hoc opere adhiberemus, causæ fuere, primum quod lingua latina a cunctis Norvegiæ medicis & pharmacopolis, quibus præcipue nostra Pharmacopoea conscripta est, satis intelligitur; tum quod eadem usurpata brevius, clarius & distinctius notionēs exprimi possunt; denique quod ita quoque melius caveri potest, ne, quibus non licet, medicinam exerceant. Huc accedit, quod sperandum est, opus latine conscriptum etiam extra Scandinaviam recensitum iri, id quod sequenti editioni

gravioris momenti haberi debet, quodque, si esset norvegica lingua elaboratum, vix contingeret. Iisdem fere causis & medicorum formulas non solum eadem lingua esse perscribendas, verum aliis præterea securitatis notis instruendas esse putavimus.

Quæ de Pharmacopœæ nostræ forma & argumento ejusque a multis aliis diversitate majoris nobis visa sunt momenti, breviter jam exposuimus, unde nos in antiqvis retinendis novisque accipiendis nihil prorsus temere fecisse, satis appariturum esse speramus. Arduum hoc & grave negotium — idque primum sui generis in Norvegia periculum — Pharmacopœam conscribendi ad scientiarum progressus accommodatam, quæque desiderium in patria diu perceptum aliquo modo explere posset, ut pro facultate & viribus rite perficeremus, nulli nos operæ pepercimus. Collegas aliosque doctos & expertos viros eorumque opera consuluimus; e talibus vero operibus, quorum plura præstantiora sunt, nihil directo exscripsimus; in medicamentis eligendis, componendis & præparandis auctoritatibus nunquam plane confisi sumus, verum & ipsi iterum atque iterum diligenter exploravimus & perscrutati sumus, quin frequentius commutavimus, priusquam demum statuimus, quæ in medium proferenda viderentur.

Christianiæ die 31 Decembris 1852.

**F. Holst,**

M. D. & Professor.

**Christ. Boeck,**

Physiologiæ & Medicinæ  
veterinariæ Professor.

**Peter Møller,**

Pharmacopola.

### Mensuræ & pondera norvegica,

lege 28 Juli 1824 sancita.

Pes æquat 139,0808 lineis gallicis & 0,3127423 metri gallici.

Pes in duodecim pollices &

Pollex in duodecim lineas divisus est.

Pes igitur continet 144 lineas.

Mensura, quam Pot vocamus, æqualis est 54 pollicibus cubicis

$$= \frac{54}{1728} = \frac{1}{32} \text{ pedis cubici.}$$

Pot in quatuor partes, Pægle, dividitur.

Pondus mensuræ Pot aquæ destillatæ, quarto caloris gradu in spatio aëre vacuo, est 965,0952 grammatum gallicorum.

Libra mercatoria, Skaalpunt, est pondus  $\frac{1}{62}$  pedis cubici norvegici aquæ destillatæ, quarto caloris gradu in spatio aëre vacuo, & æquat 498,1137 grammatibus gallicis.

Libra mercatoria in 32 partes, Lod, &

Lod in quatuor partes, Qvintin, dividitur.

Ratio inter Libram mercatoriam & Libram medicam = 1:0,7184008.

Libra medica igitur æquat 357,8452 grammatibus gallicis.

Libra medica continet viginti quatuor Lod vel duodecim Uncias.

Uncia continet duos Lod vel octo Drachmas.

Drachma, Qvintin æqualis, continet tres Serupulos.

Serupulus continet viginti Grana.

Libra medica igitur continet Drachmas 96,

Serupulos 288,

Grana 5760.

### Ratio

inter pondus medicum norvegicum & pondus gallicum.

Libra medica norvegica	continet grammata . . .	357,8452.
Uncia " "	" "	. . . 29,8204.
Drachma " "	" "	. . . 3,7275.
Serupulus medicus norvegicus	" "	. . . 1,2425.
Granum medicum norvegicum	" "	. . . 0,0621.



XXI

	Granis	==	proxime	Unciis, Drachmis,	Granis.
Gramma respondet	16,1031	==	"	"	16.
Decagramma	" 161,0300	==	"	" 2.	40.
Hectogramma	" 1610,3000	==	"	" 3. 2.	50.
Kilogramma	" 16103,0000	==	"	" 33. 4.	23.
Decigramma	" 1,6103	==	"	"	1 <sup>3</sup> / <sub>5</sub> .
Centigramma	" 0,1610	==	"	"	1 <sup>1</sup> / <sub>6</sub> .
Milligramma	" 0,0161	==	"	"	1 <sup>1</sup> / <sub>63</sub> .

Ratio

inter libras medicas variarum civitatum et grammata gallica.

Libra medica	borussica	continet grammata . . . . .	350,7834.
—	—	svecica . . . . .	356,2470.
—	—	hannoverana . . . . .	357,5668.
—	—	hamburgensis . . . . .	357,6292.
—	—	würtembergensis . . . . .	357,6337.
—	—	norimbergensis . . . . .	357,6639.
—	—	hassica . . . . .	357,6639.
—	—	danica . . . . .	357,6639.
—	—	slesvico-holsatica . . . . .	357,6639.
—	—	fennica . . . . .	357,6639.
—	—	badensis . . . . .	357,7800.
—	—	norvegica . . . . .	357,8452.
—	—	francofurtana . . . . .	357,8540.
—	—	bavarica . . . . .	360,0000.
—	—	anglica . . . . .	372,9986.
—	—	americana . . . . .	372,9986.
—	—	batava . . . . .	374,9600.
—	—	belgica . . . . .	375,0000.
—	—	austriaca . . . . .	420,0090.
—	—	coloniensis . . . . .	467,4540.
—	—	gallica . . . . .	500,0000.

## Abbreviata.

Ph. Dan. 05.	significat	Pharmacopoeam danicam 1805.
Ph. Dan. 50.	"	Pharmacopoeam danicam 1850.
Ph. Sv. 45.	"	Pharmacopoeam svecicam 1845.
Ph. Sl. Hols. 31.	"	Pharmacopoeam slesvico-holsaticam 1831.
Ph. Bor. 46.	"	Pharmacopoeam borussicam 1846.
Ph. Hbg. 52.	"	Codicem medicamentarium hamburgensem 1852.

ACETAS ETHYLICUS.

(Ethylacetat.)

Mo. 10.

Magma 442,100 = 42,00

Acidum 401,500 = 47,00

1100,000 = 100,00

... gradus 0 = 2000. ... gradus 75.

Pharmacopoea norvegica. 8.

Acetas cupricus.

... Cuprum acetatum.

... Cuprum acetatum crystallinum.)

CoO, Ac, HO.

CoO = 400,000 = 40,00

Acidum 401,500 = 47,00

HO = 142,500 = 14,25

1000,000 = 100,00

... gradus 100 = 2000.

ACETAS MORPHINICUS CRYSTALLISATUS.

Acetas morphinicus.

... Morphinum acetatum.

... Morphinum acetatum.)

Mo. 10, 6HO.

Magma 234,100 = 23,41

Acidum 401,500 = 47,00

HO = 142,500 = 14,25

877,600 = 87,76

... gradus 100 = 2000.

Abbreviata.

Ph. Dan. 95.	significat	Pharmacopoeiam Danicam 1803.
Ph. Dan. 59.		Pharmacopoeiam Danicam 1856.
Ph. Sv. 45.		Pharmacopoeiam Svedicam 1815.
Ph. St. Holm. 31.		Pharmacopoeiam Svecico-holmicam 1831.
Ph. Bor. 46.		Pharmacopoeiam Borussicam 1846.
Ph. Hlg. 52.		Collegium medicamentarium hamburgense 1822.

Pharmacopoea norvegica.

Gen  
2  
31  
E  
Parte  
ginta  
\*  
(Ph. A  
Pa  
\* A  
(Ph.  
gran

## ACETAS ÆTHYLICUS.

(*Pharmacopœarum Æther aceticus.*)

AcO, Ac.

AcO = 462,50 ∴ 42,05

Ac = 637,50 ∴ 57,95

1100,00 ∴ 100,00

Pondus specificum caloris gradu 0 = 0,907. Ebullit caloris gradu 74.  
Partes centum (100) aquæ partibus septingentis — septingentis quinqua-  
ginta (700—750) solvuntur.

## \* ACETAS CUPRICUS CRYSTALLISATUS.

Acetas cupricus.

(*Ph. Sv. 45. Acetas cupricus. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Cuprum aceticum.*  
*Ph. Dan. 50. Cuprum aceticum crystallisatum.*)

CuO, Ac, HO.

CuO = 495,60 ∴ 39,79

Ac = 637,50 ∴ 51,18

HO = 112,50 ∴ 9,03

1245,60 ∴ 100,00

Partes centum (100) aquæ partibus mille quadringentis (1400) solvuntur.

## \* ACETAS MORPHINICUS CRYSTALLISATUS.

Acetas morphinicus.

(*Ph. Sv. 45. Acetas morphinicus. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50.*  
*Hbg. 52. Morphinum aceticum.*)

Mo, Ac, 6HO.


Mo = 3562,50 ∴ 73,08

Ac = 637,50 ∴ 13,08

6HO = 675,00 ∴ 13,84

4875,00 ∴ 100,00

Dosis media octava—quarta ( $\frac{1}{8}$ — $\frac{1}{4}$ ) grani pars; periculosa  
granum unum (1).

**ACETAS NATRICUS CRYSTALLISATUS.****Acetas natricus.***(Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Natrum aceticum.)*


$$\text{NaO} = 389,73 \text{ : } 22,90$$

$$\bar{\text{Ac}} = 637,50 \text{ : } 37,45$$

$$6\text{HO} = 675,00 \text{ : } 39,65$$

$$\underline{1702,23 \text{ : } 100,00}$$

Partes centum (100) partibus aqvæ trecentis (300) solvuntur.

**\* ACETAS PLUMBICUS CRYSTALLISATUS.****Acetas plumbicus.***(Ph. Dan. 05. Hbg. 52. Plumbum aceticum. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46.**Dan. 50. Plumbum aceticum depuratum. Ph. Sv. 45. Acetas plumbicus.)*



$$\text{PbO} = 1394,65 \text{ : } 58,85$$

$$\bar{\text{Ac}} = 637,50 \text{ : } 26,90$$

$$3\text{HO} = 337,50 \text{ : } 14,25$$

$$\underline{2369,65 \text{ : } 100,00}$$

Partes centum (100) partibus aqvæ centum quingvagina (150) solvuntur.

**\* ACETAS STRYCHNINICUS.***(Ph. Sv. 45. Acetas strychnicus. Hbg. 52. Strychninum aceticum.)*Dosis media sedecima—octava ( $\frac{1}{16}$ — $\frac{1}{8}$ ) grani pars; periculosa grani qvadrans ( $\frac{1}{4}$ ).**ACETAS ZINCICUS CRYSTALLISATUS.****Acetas zincicus.***(Ph. Hbg. 52. Zincum aceticum.)*

$$\text{ZnO} = 506,59 \text{ : } 34,19$$

$$\bar{\text{Ac}} = 637,50 \text{ : } 43,03$$

$$3\text{HO} = 337,50 \text{ : } 22,78$$

$$\underline{1481,59 \text{ : } 100,00}$$

## ACETUM.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Acetum. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Acetum Vini.*  
*Ph. Bor. 46. Acetum crudum. Ph. Dan. 50. Acetum Vini crudum.*)

Partes centum (100) debent Acidi acetici quatuor (4) saltem partes  
 continere & Carbonatis natri siccæ quatuor partes & duas decimas (4,2)  
 saturare.

## ACETUM BULBORUM SCILLÆ.

## Acetum Scillæ.

(*Pharmacopœarum Acetum Scillæ vel scilliticum.*)

- Rp. Bulborum Scillæ concisorum partem unam . . . . . 1.  
 Aceti partes quinque . . . . . 5.  
 Per triduum temperato aëris calore macerata colentur  
 et exprimantur. Affundatur dein  
 Aceti tantum,  
 ut remaneant partes quinque. . . . . 5.  
 Filtretur.

## ACETUM FRUCTUUM RUBI.

## Acetum Rubi.

(*Pharmacopœarum Acetum Rubi Idæi.*)

- Rp. Succî Rubi partes tres . . . . . 3.  
 Aceti partem unam . . . . . 1.  
 Sacchari partes duas . . . . . 2.  
 In porcellaneo vel cupreo vase stannato ebullita despu-  
 mentur & per pannum lencum colentur.

## \* ACETUM OPII.

- Rp. Opii pulverati partes sex . . . . . 6.  
 Stigmatum Croci,  
 Seminum Myristicæ, concisorum, singulorum par-  
 tem unam 1.  
 Aceti partes quadraginta octo . . . . . 48.

Inmittantur apparatus, qui ad Essentiam Aloes pa-  
 randam adhibetur. Massa per dimidiam horam arenæ  
 balneo coquatur. Refrigerata filtretur &, filtro Aceto

abluto, aquæ balneo evaporetur, donec remaneant  
 partes triginta . . . . . 30.  
 Partes centum (100) solubile ex Opii partibus viginti (20) continent.  
 Dosis media guttæ tres—sex 3—6); periculosa guttæ quin-  
 decim (15).

### ACIDUM ACETICUM CONCENTRATUM.

(*Ph. Dan. 05 § 50. St. Hols. 31. Acetum concentratum. Ph. Bor. 46. Acidum aceticum. Ph. Sv. 45. Hbg. 52. Acidum aceticum concentratum.*)

Ac + 3HO.

$C_2H_3 = Ac = 337,50$

$O_3 = 300,00$

Ac =  $637,50 \div 65,38$

3HO =  $337,50 \div 34,62$

$975,00 \div 100,00$

Pond. sp. 1,078. Ebull. cal. gr. 104. Partes centum (100) Carbonatis natrici sicci partes sexaginta octo & centesimas duodecim (68,12) saturant.

### ACIDUM ACETICUM DILUTUM.

(*Ph. Dan. 05. Acetum destillatum. Ph. St. Hols. 31. Dan. 50. Acetum dilutum. Ph. Sv. 45. Hbg. 52. Acidum aceticum dilutum. Ph. Bor. 46. Acetum purum.*)

Ac + 51HO.

Ac =  $637,50 \div 10,00$

51HO =  $5737,50 \div 90,00$

$6375,00 \div 100,00$

Partes centum (100) Carbonatis natrici sicci partes decem & centesimas quadraginta tres (10,43) saturant.

### \* ACIDUM ARSENICOSUM.

(*Pharmacopœarum Arsenicum album.*)

AsO<sub>3</sub>.

AsO<sub>3</sub> = 1238,80

Partes centum (100) Acidi amorphi duobus millibus quingentis (2500), crystallisati vero octo millibus trecentis triginta tribus (8333) aquæ partibus solvuntur.

Dosis media grani vicesima—decima ( $\frac{1}{20}$ — $\frac{1}{10}$ ) pars; periculosa grani quadrans ( $\frac{1}{4}$ ).



### ACIDUM BENZOICUM PRÆCIPITATUM.

(*Ph. Dan. 05. Acidum benzoicum. Ph. Sl. Hols. 31. Acidum benzoicum via humida paratum.*)

Bz, HO.

$$\begin{array}{r} \text{C}_{14}\text{H}_5\text{O}_3 = \bar{\text{Bz}} = 1412,50 \text{ : } 92,62 \\ \text{HO} = \underline{112,50 \text{ : } 7,38} \\ 1525,00 \text{ : } 100,00 \end{array}$$

Partes centum (100) partibus aquæ vicies mille (20000) solvantur.

Resinæ Benzoin præcipitatione vel Acidi hippurici decompositione paretur.

Dispensetur, nisi Acidum benzoicum sublimatum expresse præscriptum sit.

### ACIDUM BENZOICUM SUBLIMATUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Acidum benzoicum per sublimationem. Ph. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Acidum benzoicum.*)

Bz, HO.

$$\begin{array}{r} \bar{\text{Bz}} = 1412,50 \text{ : } 92,62 \\ \text{HO} = \underline{112,50 \text{ : } 7,38} \\ 1525,00 \text{ : } 100,00 \end{array}$$

Resinæ Benzoin sublimatione paretur.

### ACIDUM CITRICUM CRYSTALLISATUM.

Acidum citricum.

(*Ph. Dan. 05. Acidum citricum. Ph. Hbg. 52. Acidum citricum crystallisatum.*)


Ci, 5HO.

$$\begin{array}{r} \text{C}_{12}\text{H}_5\text{O}_{11} = \bar{\text{Ci}} = 2062,50 \text{ : } 78,57 \\ 5\text{HO} = \underline{562,50 \text{ : } 21,43} \\ 2625,00 \text{ : } 100,00 \end{array}$$

Centum (100) partes septuaginta quinque (75) aquæ partibus solvantur.

### ACIDUM HYDROCHLORICUM CONCENTRATUM.


(*Ph. Dan. 05. Acidum muriaticum. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Acidum muriaticum concentratum. Ph. Sv. 45. Acidum hydrochloricum. Ph. Bor. 46. Acidum hydrochloratum. Ph. Hbg. 52. Acidum hydrochloricum concentratum.*)



Pond. sp. 1,101. Ebull. cal. gr. 111. Partes centum (100) Carbonatis natrieci sicci partes viginti novem & centesimas quadraginta septem (29,47) saturant.

### ACIDUM HYDROCHLORICUM DILUTUM.

(*Ph. Hbg. 52. Acidum hydrochloricum dilutum.*)




Pond. sp. 1,0494. Partes centum (100) Carbonatis natrieci sicci partes quatuordecim & centesimas septuaginta quinque (14,75) saturant.

### \* ACIDUM HYDROCYANICUM.

(*Ph. Sv. 45. Acidum hydrocyanicum dilutum. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50.*)

(*Hbg. 52. Acidum hydrocyanicum. Ph. Bor. 46. Acidum hydrocyanatum.*)



Rp. Cyaneti kalici partes tres . . . . . 3.

Aqvæ destillatæ partes sexaginta duas . . . . . 62.

Solutis addantur

Acidi tartarici partes septem . . . . . 7.

Mixtione in vitro, statim obturando, bene conqvasata, vitrum aqvæ frigidæ per horam immittatur. Liqvor limpιδus a crystallis defundatur & in vitris denigratis, drachmæ capacibus, probe claudendis, caute servetur.

Ex tempore paretur.

Partes centum (100) Cyaneti argentici novem partes & nonaginta duas centesimas (9,92) æqvant.

Dosis media guttæ duæ—tres (2—3); periculosa guttæ quinque (5).

### ACIDUM NITRICUM CONCENTRATUM.

(*Ph. Dan. 05. Acidum nitricum tenue. Ph. Sl. Hols. 31. Acidum nitricum*

*purum concentratum. Ph. Dan. 50. Acidum nitricum concentratum.*)



$$\text{NO}_5 = 675,06 \text{ } \varnothing \text{ } 60,00$$


$$4\text{HO} = 450,00 \text{ } \varnothing \text{ } 40,00$$

$$\hline 1125,06 \text{ } \varnothing \text{ } 100,00$$

Pond. sp. cal. gr. 18 = 1,42. Ebull. cal. gr. 123. Partes centum (100) Carbonatis natrici sicci quinquaginta novem (59) partes saturant.

### ACIDUM NITRICUM DILUTUM.

(*Ph. Sv. 45. Hbg. 52. Acidum nitricum dilutum.*)



$$\text{NO}_5 = 675,06 \text{ } \varnothing \text{ } 10,00$$

$$54\text{HO} = 6075,00 \text{ } \varnothing \text{ } 90,00$$


$$\hline 6750,06 \text{ } \varnothing \text{ } 100,00$$

Pond. sp. 1,068. Partes centum (100) Carbonatis natrici sicci partes novem & decimas octo (9,8) saturant.

### ACIDUM PHOSPHORICUM.

(*Ph. Sv. 45. Solutio Acidi phosphorici. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50.*)

(*Hbg. 52. Acidum phosphoricum dilutum.*)



$$\text{PO}_5 = 892,04 \text{ } \varnothing \text{ } 10,05$$

$$71\text{HO} = 7987,50 \text{ } \varnothing \text{ } 89,95$$

$$\hline 8879,54 \text{ } \varnothing \text{ } 100,05$$


Partes centum (100) partes Carbonatis natrici sicci septem & decimas quinqve (7,5) saturant.

### ACIDUM SUCCINICUM CRYSTALLISATUM.

Acidum succinicum.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Acidum succinicum. Ph.*)

*Dan. 50. Acidum succinicum depuratum.*)



$$\text{C}_2\text{H}_3\text{O}_5 = \bar{\text{Su}} = 1250,00 \text{ } \varnothing \text{ } 84,75$$

$$2\text{HO} = 225,00 \text{ } \varnothing \text{ } 15,25$$

$$\hline 1475,00 \text{ } \varnothing \text{ } 100,00$$

Partes centum (100) partibus aquæ bis mille quingentis (2500) solvuntur.

### ACIDUM SULPHURICUM CONCENTRATUM.

(*Ph. Dan. 05. Acidum sulphuricum concentratum rectificatum. Ph. Sv. 45.*)

*Acidum sulphuricum destillatum. Ph. Dan. 50. Acidum sulphuricum*

*depuratum. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Acidum sulphuricum rectificatum.*

*Ph. Sl. Hols. 31. Acidum sulphuricum.*)



$$\text{SO}_3 = 500,00 \text{ c} : 81,63$$


$$\text{HO} = 112,50 \text{ c} : 18,37$$

$$\hline 612,50 \text{ c} : 100,00$$

Pond. sp. 1,85. Ebull. cal. gr. 324. Partes centum (100) Carbonatis matrici sicci partes centum & octo & decimas quinqve (108,5) saturant.

## ACIDUM SULPHURICUM DILUTUM.

(*Pharmacopoearum Acidum sulphuricum dilutum.*)



$$\text{SO}_3 = 500,00 \text{ c} : 10,00$$


$$40\text{HO} = 4500,00 \text{ c} : 90,00$$

$$\hline 5000,00 \text{ c} : 100,00$$

Pond. sp. 1,083. Partes centum (100) Carbonatis matrici sicci partes tredecim & decimas tres (13,3) saturant.

## ACIDUM TANNICUM.

(*Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Acidum tannicum.*)



$$\text{C}_{51}\text{H}_{19}\text{O}_{31} = \text{Tn} = 7387,50 \text{ c} : 95,63$$

$$3\text{HO} = 337,50 \text{ c} : 4,37$$

$$\hline 7725,00 \text{ c} : 100,00$$

## ACIDUM TARTARICUM CRYSTALLISATUM.

Acidum tartaricum.

(*Pharmacopoearum Acidum tartaricum.*)



$$\text{C}_8\text{H}_4\text{O}_{10} = \text{T} = 1650,00 \text{ c} : 88,00$$

$$2\text{HO} = 225,00 \text{ c} : 12,00$$

$$\hline 1875,00 \text{ c} : 100,00$$

Partes centum (100) partibus aqvæ centum quinquaginta (150) solvuntur.

## \* ÆRUGO.

(*Pharmacopoearum Ærugo vel Viride Æris.*)

## ÆTHER.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Æther sulphuricus. Ph. Sv. 45.*)

*Bor. 46. Hbg. 52. Æther.*

AeO.

C<sub>4</sub>H<sub>6</sub> = Ae = 362,50

O = 100,00

462,50

Pond. sp. cal. gr. 20 = 0,713. Ebull. cal. gr. 35,66. Partes centum (100) partibus aquæ nongentis (900) solvuntur.

### ÆTHER ALCOHOLICUS.

(Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Spiritus sulphurico-æthereus. Ph. Sv. 45. Æther spirituosus. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Spiritus æthereus.)

Rp. Ætheris partem unam . . . . . 1.  
 Alcohol rectificatissimi partes tres . . . . . 3.  
 Misceantur.

### ÆTHER ALCOHOLICUS CAMPHORATUS.

(Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Spiritus sulphurico-æthereus camphoratus. Ph. Sv. 45. Solutio Camphoræ spirituoso-ætherea. Ph. Hbg. 52. Spiritus æthereus camphoratus.)

Rp. Camphoræ concisæ partem unam . . . . . 1.  
 Solvatur in  
 Ætheris alcoholici partibus sex . . . . . 6.

### ÆTHEROLEUM CORTICIS CINNAMOMI.

(Ph. Dan. 05 & 50. Oleum Cinnamomi. Ph. Sl. Hols. 31. Ol. Cassiæ æthereum. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Ol. Cassiæ cinnamomeæ.)  
 Cinnamomum aromaticum. Vide corticem.

### ÆTHEROLEUM CORTICIS FRUCTUUM CITRI BERGAMIÆ.

#### Ætheroleum Bergamiæ.

(Ph. Dan. 05. Oleum Bergamottæ. Ol. corticum Aurantium. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Ol. Bergamottæ.)

Citrus Bergamia. Risso. Citrus Limetta Bergamium. L.) Polyadelphia. Icosandria. L. Aurantiaceæ. Endl. & aliorum. Arbor Indiæ orientalis indigena, in Europa meridionali frequenter culta.

**ÆTHEROLEUM CORTICIS FRUCTUUM CITRI  
MEDICÆ.**

**Ætheroleum Citri.**

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Oleum de Cedro. Ol. Citri.*  
*Ph. Bor. 46. Ol. corticis Citri.*)

Citrus medica. Vide Corticem.

**ÆTHEROLEUM FLORUM CARYOPHYLLI.**

**Ætheroleum Caryophylli.**

(*Ph. Dan. 05 & 50. Bor. 46. Hbg. 52. Oleum Caryophyllorum. Ph. Sl.*  
*Hols. 31. Ol. Caryophyllorum æthereum. Ph. Sv. 45. Ætheroleum*  
*Caryophyllorum.*)

Caryophyllus aromaticus. Vide Flores.

**ÆTHEROLEUM FLORUM LAVANDULÆ.**

**Ætheroleum Lavandulæ.**

(*Ph. Dan. 05. Oleum florum Lavandulæ. Ph. Dan. 50. Ol. Lavandulæ.*  
*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Ol. Lavandulæ.*)

Lavandula Spica. Vide Flores.

**ÆTHEROLEUM FOLIORUM RORISMARINI.**

**Ætheroleum Rorismarini.**

(*Ph. Dan. 05 & 50. Hbg. 52. Oleum herbæ Rorismarini s. Anthos. Ph.*  
*Sl. Hols. 31. Bor. 46. Ol. Rorismarini.*)

Rosmarinus officinalis. Vide Folia.

**ÆTHEROLEUM FRUCTUUM ANISI.**

**Ætheroleum Anisi.**

(*Ph. Dan. 05. Oleum seminis Anisi. Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Ol.*  
*Anisi. Ph. Sl. Hols. 31. Ol. Anisi æthereum. Ph. Sv. 45. Æthero-*  
*leum Anisi.*)

Pimpinella Anisum. Vide Fructus.

**ÆTHEROLEUM FRUCTUUM CARI.**

**Ætheroleum Cari.**

(*Ph. Dan. 05. Hbg. 52. Oleum seminis Carvi. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46.*  
*Dan. 50. Ol. Carvi.*)

Carum Carvi. Vide Fructus.

**ÆTHEROLEUM FRUCTUUM CUMINI.****Ætheroleum Cumini.**

(Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. *Oleum Cumini*. Ph. Hbg. 52. *Ol. seminis Cumini*. Ph. Sv. 45. *Ætheroleum Cymini*.)

Cuminum Cyminum. Vide Fructus.

**ÆTHEROLEUM FRUCTUUM FOENICULI.****Ætheroleum Foeniculi.**

(Ph. Dan. 05. Hbg. 52. *Oleum seminis Foeniculi*. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. *Ol. Foeniculi*. Ph. Sv. 45. *Ætheroleum Foeniculi*.)

Foeniculum officinale. Vide Fructus.

**ÆTHEROLEUM HERBÆ ABSYNTHII.****Ætheroleum Absynthii.**

(Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. *Oleum Absynthii æthereum*. Ph. Bor. 46. *Ol. Absynthii*. Ph. Sv. 45. *Ætheroleum Absynthii*.)

Artemisia Absinthium. Vide Herbam.

**ÆTHEROLEUM HERBÆ MENTHÆ.****Ætheroleum Menthæ.**

(Ph. Dan. 05 & 50. Hbg. 52. *Oleum herbæ Menthæ crispæ*. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. *Ol. Menthæ crispæ*.)

Mentha crispa. Vide Herbam.

**ÆTHEROLEUM HERBÆ ORIGANI CRETICI.****Ætheroleum Origani.**

(Ph. Dan. 05. *Oleum herbæ Origani cretici*. Ph. Dan. 50. *Ol. Origani cretici*.)

Origanum creticum. L. Didynamia. Gymnospermia. L. Labiatæ. Endl. & aliorum. Suffrutex Europæ meridionalis, in primis insularum Archipelagi, indigenus.

**ÆTHEROLEUM JUNIPERI.**

(Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. *Oleum Juniperi*. Ph. Hbg. 52.

*Ol. Baccarum Juniperi*.)

Juniperus communis. Vide Fructus.

Ex immaturis fructibus & junioribus ramulis destilletur.

**ÆTHEROLEUM MELALEUCARUM CRUDUM.**

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Oleum Cajeputi. Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52.*  
*Ol. Cajeputi.*)

Melaleuca Cajeputi. Roxb. M. Leucadendron. L. M. trinervis. Ham. — Polyadelphia. Icosandria. L. Myrtaceæ. Juss. & Endl. Arbores Indiæ orientalis indigenæ.

Dispensetur, nisi Ætheroleum Melaleucarum rectificatum expresse præscriptum sit.

**ÆTHEROLEUM MELALEUCARUM RECTIFICATUM.**

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Oleum Cajeputi rectificatum.*)

Melaleucæ variæ species. Vide Ætheroleum Melaleucarum crudum.

Rp. Ætherolei Melaleucarum crudi partem unam . . . 1.  
 Aquæ partes sex . . . . . 6.

In cucurbita vitrea tubulata, cui excipulum adaptatum est, fiat destillatio, donec maxima Aquæ pars & Ætherolei nonnihil transgressa sint. Defuso destillato & Ætheroleo solito modo separato, separataque Aqua in cucurbitam rursum refusa, eodem modo iteretur destillatio, donec Ætheroleum paululum flavescat. Hoc destillatum tractetur, sicuti prius.

**ÆTHEROLEUM PETALORUM ROSÆ.**

Ætheroleum Rosæ.

(*Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Oleum Rosarum.*)

Rosa centifolia. Vide Petala.

**ÆTHEROLEUM PINORUM CRUDUM.**

(*Pharmacopœarum Oleum Terebinthinae.*)

Pinus sylvestris. L. Pinus Abies. L. Aliæque species. Vide Balsamum.

E Balsamo Pinorum destilletur.

Dispensetur, nisi Ætheroleum Pinorum rectificatum expresse præscriptum sit.



**ÆTHEROLEUM PINORUM RECTIFICATUM.**

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Oleum Terebinthinæ rectificatum. Ph. Sv. 45. Ætheroleum Terebinthinæ depuratum.*)

Pinus sylvestris. L. Pinus Abies. L. Aliæque species.  
Vide Balsamum.

Ex Ætheroleo Pinorum crudo uti Ætheroleum Melaleu-  
carum rectificatum paretur.

**ÆTHEROLEUM SEMINUM BRASSICÆ.**

Ætheroleum Brassicæ.

(*Ph. Bor. 46. Oleum Sinapis. Ph. Hbg. 52. Ol. Sinapis destillatum.*)

Brassica sinapioides. Vide Semina.

**ALCOHOL RECTIFICATISSIMUM.**

(*Ph. Sv. 45. Spiritus concentratus; cæterarum Spir. Vini  
rectificatissimus.*)

Alc + HO.

$$C_2H_5O = AcO = 462,50$$

$$HO = 112,50$$

$$Alc = 575,00 \text{ : } 83,64$$

$$HO = 112,50 \text{ : } 16,36$$

$$687,50 \text{ : } 100,00$$

Pond. sp. cal. gr. 15,5 = 0,833. Alcohol anhydri nonaginta (90) cen-  
tesimas voluminis partes continet.

**ALCOHOL RECTIFICATUM.**

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Spiritus Vini recti-  
ficatus. Ph. Sv. 45. Spir. dilutus.*)

Alc + 4HO.

$$Alc = 575,00 \text{ : } 56,10$$

$$4HO = 450,00 \text{ : } 43,90$$

$$1025,00 \text{ : } 100,00$$

Pond. sp. cal. gr. 15,5 = 0,901. Alcohol anhydri sexaginta quinque (65)  
centesimas voluminis partes continet.

**ALCOHOL TENUE.**

Alc + 7HO.

$$Alc = 575,00 \text{ : } 42,20$$

$$4HO = 787,50 \text{ : } 57,80$$

$$1362,50 \text{ : } 100,00$$

Pond. sp. cal. gr. 15,5 = 0,934. Alcohol anhydri quinquaginta (50)  
centesimas voluminis partes continet.

## ALOE.

(Ph. Dan. 05. Aloë succotrina. Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46.)

Aloë lucida. Ph. Dan. 50. Hbg. 52. Aloe lucida.)

Aloe succotrina. Lam. (A. perfoliata. L. Var. ξ.) A. spicata. Thunb. Aliæque species. Hexandria. Monogynia. L. Liliaceæ. Endl. — Frutices Africae meridionalis indigeni, in Indiis & America australi culta.

## \* AMIDETO—CHLORETUM HYDRARGYRICUM.

(Ph. Bor. 46. Hydrargyrum amidato—bichloratum.)

HgAd, HgCl.

2Hg = 2500,00 ∴ 79,53

H<sub>2</sub>N = Ad = 200,06 ∴ 6,37

Cl = 443,28 ∴ 14,10

3143,34 ∴ 100,00

## AMYLUM RADICIS MANIHOT UTILISSIMÆ.

Amylum Manihot.

Manihot utilissima. Pohl. (Iatropa Manihot. L. Iapipha Manihot. Kunth.) Monoecia. Monadelphia. L. Euphorbiaceæ. Juss. & Endl. — Frutex Americae meridionalis indigenus, ibidem & in Africa & Asia meridionali cultus.

## AMYLUM RADICIS MARANTARUM.

Amylum Marantarum.

(Ph. Dan. 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Amylum Marantæ. Ph. Sv. 45. Arrow-Root.)

Maranta arundinacea. L. & aliorum. Maranta Indica. Tuss. — Monandria. Monogynia. L. Marantaceæ. Lindl. Cannaceæ. Endl. — Illa in Surinam, St. Vincent, Barbados indigena, hæc ex India orientali in Jamaicam translata.

## AMYLUM RADICIS SOLANI TUBEROSI.

Amylum Solani.

Solanum tuberosum. L. Pentandria. Monogynia. L. Solanaceæ. Endl. Planta annua Americae meridionalis indigena, jam ubique fere terrarum culta.

## AMYLUM SEMINUM TRITICORUM.

### Amylum Triticorum.

(Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Amylum. Ph. Dan. 50. Hbg. 52.

*Amylum Tritici.*)

Triticum vulgare. Willd. (T. æstivum. L. T. hybernum. L.) T. turgidum. L. Triandria. Digynia. L. Gramineæ. Endl. & aliorum. Plantæ annuæ, patria ignota aut incerta, nobis cultæ.

Amylum Solani vel Triticorum dispensetur, nisi alia species præscripta sit.

## AQVA.

HO.

HO = 112,50

### a. Aqva communis.

(Ph. Bor. 46. Aqva communis. Ph. Hbg. 52. Aq. communis s. fontana.)

Sumatur Aqva, aut fontana, aut fluviatilis, aut pluvialis, & qvæ purissima in promptu est.

### b. Aqva destillata.

(Ph. Dan. 05. Aqva destillata simplex; cæterarum Aq. destillata.)

Sumatur destillata, si a medico expresse præscripta sit, & si loci medici publici consilio, ob contentas partes solutas, Aqva communis abhiberi neqveat.

## AQVÆ EXTEMPORANÆ.

Rp. Ætherolei partem unam . . . . . 1.

Aqvæ destillatæ partes nongentas nonagintanovem 999.

Fortiter qvassando misceantur.

In parandis majoribus quantitibus Ætheroleum primum cum minori, dein cum reliqva Aqvæ quantitate sensim & conqvassando misceatur.

### \* AQVA AMYGDALARUM AMARARUM DESTILLATA.

Aqva Amygdalarum amararum.

(Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Aqva Amygdalarum amararum concentrata.

Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Aq. Amygdalarum amararum.)

- Rp. Amygdalarum amararum partes sex . . . . . 6.  
 Crasse pulveratæ & linteo sacco immissæ frigida ex-  
 pressionem, bis terve repetita, ab oleo pingvi liberentur.  
 Placentæ, in crassum pulverem reductæ & in retortam  
 tubulatam immissæ, affundantur  
 Aquæ partes triginta sex . . . . . 36.  
 Bene obturata, calore aëris temperato, assiduo concussu  
 per duodecim horas macerentur. Tum addatur  
 Alcohol rectificati pars una . . . . . 1.  
 Bene misceantur. Adaptetur excipulum & fiat leni ca-  
 lore destillatio, donec transierint partes sex . . . . . 6.  
 In vitris parvis, bene obturatis & charta denigrata ob-  
 tectis, loco frigido & obscuro servetur.  
 Dosis media guttæ viginti—triginta (20—30); peri-  
 culosa guttæ sexaginta (60).

### AQVA CORTICIS CINNAMOMI DESTILLATA.

#### Aqva Cinnamomi.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Aqva Cinnamomi simplex.*  
*Ph. Sv. 45. Hbg. 52. Aq. Cinnamomi.*)

- Rp. Corticis Cinnamomi concisi partem unam . . . . . 1.  
 Aquæ partes viginti . . . . . 20.  
 E cupreo lebeti stannato immissis destillentur partes  
 decem 10.

### AQVA FLORUM CITRI AURANTII DESTILLATA.

#### Aqva Aurantii.

(*Ph. Dan. 05. Aqva florum Aurantii s. Naphæ. Ph. Sl. Hols. 31. Aq. fl.*  
*Aurantiorum. Ph. Sv. 45. Aq. Aurantii. Ph. Dan. 46. Hbg. 52. Aq.*  
*fl. Aurantii. Ph. Dan. 50. Aq. fl. Naphæ s. Aurantiorum destillata.)*  
 Citrus Aurantium. Vide Corticem.

### AQVA FLORUM SAMBUCI DESTILLATA.

#### Aqva Sambuci.

(*Pharmacopœarum Aqva Sambuci.*)  
 Uti Aqva Corticis Cinnamomi destillata paretur.

**AQVA FRUCTUUM FOENICULI DESTILLATA.****Aqva Foeniculi.***(Pharmacopoearum Aqva Foeniculi.)*

Uti Aqva Corticis Cinnamomi destillata paretur.

**AQVA OPII DESTILLATA.****Aqva Opii.***(Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Aqva Opii.)*

- Rp. Opii pulverati partem unam . . . . . 1.  
 Retortæ, excipulo bene clauso munitæ, immisso affunde  
 Aqvæ partes decem . . . . . 10.  
 Exinde destillantur partes sex . . . . . 6.

**AQVA PICEA.***(Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Hbg. 52. Aqva picea.)*

- Rp. Picis liquidæ partem unam . . . . . 1.  
 Lagena immisæ sensim assiduo concussu adde  
 Aqvæ fervidæ partes decem . . . . . 10.  
 Lagena clausa, mixtio subinde convassetur, donec  
 refrixerit. Filtretur.

Ex tempore paretur.

**AXUNGIA SUIS SCROFÆ DOMESTICI.  
DEPURATA.****Axungia Suis.**

*(Ph. Dan. 05. Sv. 45. Axungia Porci. Ph. Dan. 50. Ax. Porci lota.  
 Ph. Sl. Hols. 31. Adeps suilla. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Adeps suillus.)*

Sus Scrofa domesticus. L. Mammalia. Pachydermata.

Adeps abdominalis recens, ablatis membranis, minutim concisa, aqva elota, leni calore liquata, per linteum colata &amp; dein refrigerata.

**BALSAMUM COPAIFERARUM.***(Pharmacopoearum Balsamum Copaivæ.)*

Copaifera Javvini. Desf. C. officinalis. L. Aliæque  
 species. Decandria. Monogynia. L. Leguminosæ. Juss. Papilionaceæ.  
 Endl. Arbores Americæ meridionalis.

**BALSAMUM LARICIS EUROPÆÆ.****Balsamum Laricis.***(Pharmacopœarum Terebenthina laricina s. veneta.)*

*Larix Europæa*. DeC. (*Pinus Larix*. L.) Monoecia. Monadelphia. L. Coniferæ. Juss. Abietinæ. Endl. Arbor Europæ australis & mediæ, nec non Asiæ mediæ & borealis indigena, nobis culta.

**BALSAMUM MYROSPERMI PERUIFERI.****Balsamum peruvianum.***(Pharmacopœarum Balsamum peruvianum s. Bals. peruvianum indicum s. nigrum.)*

*Myrospermum peruiferum*. DeC. (*Myroxylon peruiferum*. L.) Decandria. Monogynia. L. Leguminosæ. Juss. Papilionaceæ. Endl. — Arbor in Peru, Columbia, Mexico, Nova Granada nascens.

**BALSAMUM MYROSPERMI TOLUIFERI.****Balsamum toltitanum.***(Ph. St. Hols. 31. Sv. 45. Balsamum toltitanum. Ph. Hbg. 52. Bals. toltitanum s. Opobalsamum.)*

*Myrospermum toluiferum*. Rich. (*Myroxylon toluiferum*. Kunth.) Decandria. Monogynia. L. Leguminosæ. Juss. Papilionaceæ. Endl. — Arbor Americæ meridionalis.

**BALSAMUM PINORUM.***(Pharmacopœarum Terebinthina communis.)*

*Pinus sylvestris*. L. P. *Abies*. L. (*Abies excelsa*. DeC.) Aliæqvæ species. Monoecia. Monadelphia. L. Coniferæ. Juss. Abietinæ. Endl. Arbores Europæ, Asiæ, Americæ borealis & mediæ indigenæ.

Succus e trunco sauciato vel sponte stillans & depuratus.

**BIBORAS NATRICUS CRYSTALLISATUS.****Biboras natricus.**

*(Ph. Dan. 05. Boræ veneta. Ph. St. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Borax. Ph. Dan. 50. Borax raffinata. Ph. Hbg. 52. Natrum boracicum.)*

$\text{NaO}, 2\text{BoO}_3, 10\text{HO}.$	
$\text{NaO} =$	389,73 ∴ 16,32
$2\text{BoO}_3 =$	872,40 ∴ 36,55
$10\text{HO} =$	1125,00 ∴ 47,13
	2387,13 ∴ 100,00

Partes centum (100) mille ducentis (1200) aqvæ partibus solvuntur.

## BICARBONAS KALICUS CRYSTALLISATUS.

### Bicarbonas kalicus.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Kali carbonicum acidulum. Ph. Sv. 45. Bicarbonas kalicus. Ph. Hbg. 52. Kali bicarbonicum.*)

$\text{KO}, 2\text{CO}_2, \text{HO}.$

$\text{KO} =$	588,86 ∴ 47,06
$2\text{CO}_2 =$	550,00 ∴ 43,95
$\text{HO} =$	112,50 ∴ 8,99
	1251,36 ∴ 100,00

Partes centum (100) trecentis (300) aqvæ partibus solvuntur.

## BICARBONAS NATRICUS CRYSTALLISATUS.

### Bicarbonas natricus.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 59. Natrum carbonicum acidulum. Ph. Sv. 45. Bicarbonas natricus. Ph. Hbg. 52. Natrum bicarbonicum.*)

$\text{aO}, 2\text{CO}_2, \text{HO}.$

$\text{NaO} =$	389,73 ∴ 37,04
$2\text{CO}_2 =$	550,00 ∴ 52,27
$\text{HO} =$	112,50 ∴ 10,69
	1052,23 ∴ 100,00

Partes centum (100) nongentis quingvagenta (950) aqvæ partibus solvuntur.

## BILIS BOVINA SICCATATA.

(*Pharmacopoeiarum Fel Tauri s. bovinum inspissatum.*)

*Bos Taurus.* L. Mammalia. Ruminantia. L.

Rp. Bilis bovinae recentis partes duas . . . . . 2.

Alcohol rectificatissimi partes tres . . . . . 3.

Mixtio conqvassetur & seponatur, donec coagulata sit.

Filtretur dein & aqvæ balneo ad siccum evaporata pulveretur.

## BIOXALAS KALICUS CRYSTALLISATUS.

### Bioxalas kalicus.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sv. 45. Sal Acetosellæ. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52.*

*Oxalium.*)

KO, 2Ox, 3HO.

KO = 588,86 ∴ 32,24

2C<sub>2</sub>O<sub>3</sub> = 2Ox = 900,00 ∴ 49,28

3HO = 337,50 ∴ 18,48

1826,36 ∴ 100,00

Partes centum (100) quater mille (4000) aquæ partibus solvuntur.

## BULBI ALLII SATIVI.

### Bulbi Allii.

(*Ph. Dan. 05. Radix Allii. Ph. Sv. 45. Bulbi Allii.*)

Allium sativum. L. & aliorum. Hexandria. Monogynia. L. Liliaceæ. Juss., Endl. & aliorum. — In Oriente & Europa meridionali perennis, ubique in Europa culta.

Recentes adhibeantur.

## BULBI COLCHICI AUTUMNALIS.

### Bulbi Colchici.

*Ph. Dan. 05. Bor. 46. Radix Colchici. Ph. Sl. Hols. 31. Rad. s. Bulbus Colchici. Ph. Hbg. 52. Rad. s. Bulb. Colchici recens.*)

Colchicum autumnale. L. Hexandria. Trigynia. L. Colchicaceæ. DeC. Melanthaceæ. Endl. — Planta perennis in Europa meridionali & media frequens, apud nos interdum hortensis.

## \*BULBI SCILLÆ MARITIMÆ.

### Bulbi Scillæ.

(*Ph. Dan. 05. Squilla s. Scilla. Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Radix Scillæ. Ph. Hbg. 52. Rad. Scillæ s. Squillæ.*)

Scilla maritima. L. Hexandria. Monogynia. L. Asphodelæ. Juss. Liliaceæ. Endl. — Planta perennis ad maris mediterranei & atlantici oras arenosas frequens.

Dosis media granum dimidium—unum (½—1); periculosa grana tria (3).



## BYTURUM VACCINUM INSULSUM.

## Butyrum.

BOS Taurus. L. Foemina.

Butyrum, e lactis cremore separatum, potissimum recens, nullo modo rancidum, balneo aquæ liqvetur. Seponatur, donec sordes fundum petierint. Liqvor limpidus per pannum linteum defundatur & deinde aqua tepida abluatur, donec omne sal separatum sit.

## CALCARIA CHLORATA.

(Ph. Sl. Hols. 31. *Calcaria oxymuriatica v. chlorata*. Ph. Sv. 45. *Hy-pochloris calcicus*. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. *Calcaria hypochlorosa*. Ph. Dan. 50. *Calcaria chlorata*.)

Rp. Chlorete natrici crasse pulverati partes duodecim 12.

Superoxydi manganici partes novem . . . . . 9.

Bene commixta ollæ lapideæ, magna apertura præditæ et in balneo aquæ positæ, immittantur. Ollæ aperturæ applicentur tubuli duo, alter securitatis, alter vitreus curvatus, qui in lagenam Woulfianam, aquæ nonnihil continentem, intrat. Huic lagenæ tubulus vitreus applicetur, conjunctus cum vase, cui inest Hydras calcicus, paratus e

Calcarie causticæ partibus quinque . . . . . 5.

Aquæ partibus duabus . . . . . 2.

Apparatu ita composito & juncturis massa e farina linea confecta bene clausis, ollæ, chlori mixtionem continenti, per securitatis tubulum sensim immittatur mixtio, parata ex Acidi sulphurici concentrati venalis,

Aquæ, singulorum partibus viginti septem . . . 27.

Quum Chlori evolutio diminui inceperit, balneum aquæ paulatim ad coctionis calorem calefiat, quæ temperatura conservanda est, quamdiu Chlorum evolvatur. Sub hac operatione subinde succutiendus est Hydras calcicus. Peracta Chlori evolutione, Calcaria chlorata eximatur & in crassum pulverem redacta in vasis minoribus bene obturatis, contra aëris & lucis vim munitis, conservetur.

Centum (100) partes octodecim—viginti (18—20) Chlori partes continere debet.

## CAMPHORA LAURI CAMPHORÆ DEPURATA.

### Camphora.

(*Pharmacopœarum Camphora, C. raffinata s. depurata.*)

Laurus Camphora. L. (*Persea Camphora*. Spr. *Camphora officinarum*. J. Nees. *Cinnamomum Camphora*. F. Nees.) *Enneandria*. *Monogynia*. L. *Laurinæ*. Endl. & aliorum. *Arbor Chinæ*, Japan aliarumque *Asiæ regionum indigena*.

### \* CANTHARIDES.

(*Pharmacopœarum Cantharides.*)

*Cantharis vesicatoria*. Geoffr. (*Meloe vesicatorius*. L. *Lytta vesicatoria*. Fabr.) *Insecta*. *Coleoptera*. L. *Insectum* in Europa media & australi *Fraxinum*, *Syringam*, *Sambucum* aliasque plantas mensibus Junio & Julio gregatim devastans.

*Insecta integra*.

Dosis media granum dimidium ( $\frac{1}{2}$ ); periculosa grana duo (2).

### CARBO CARNIS.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Carbo carnis. Ph. Hbg. 52. Carbo animalis.*)

*Caro vitulina*, a pingvedine & ossibus liberata, in frustula dissecta & bene siccata, immittatur crucibulo, quod operculo parvo, foramine prædito, claudatur, deinde tarde calefiat, pedetentim spumam auferendo, donec omnes volatiles partes extricatæ sint. Carbo in fundo collectus & bene obtectus modice incandescat, in subtilissimum pulverem redigatur.

### CARBO LIGNI.

(*Ph. Dan. 05. Bor. 46. Carbo præparatus; aliarum Carbo ligneus vel vegetabilis præparatus.*)

*Juniores Populi* vel *Alni ramuli*, decorticati, in crucibulo leviter clauso vel alio idoneo apparatu comburantur, donec omnes volatiles partes extricatæ sint. *Carbones* exinde orti in subtilissimum pulverem redigantur, aquæ sufficiente quantitate excoquantur & fortiori calore bene exsiccentur.

### CARBONAS CALCICUS.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Hbg. 52. Creta alba.*)

CaO, CO<sub>2</sub>.

CaO	=	350,00	∴	56,00
CO <sub>2</sub>	=	275,00	∴	44,00
		625,00	∴	100,00

## CARBONAS KALICUS.

(*Ph. Dan. 05. Kali carbonicum. Ph. Sv. 45. Carbonas kalicus purus. Cæterarum Kali carbonicum purum.*)

KO, CO<sub>2</sub>.

KO	=	588,86	∴	68,17
CO <sub>2</sub>	=	275,00	∴	31,83
		863,86	∴	100,00

Partes centum (100) partibus aquæ centum (100) solvuntur.

## CARBONAS KALICUS CRUDUS.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Kali carbonicum depuratum e cineribus clavellatis. Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Kali carbonicum depuratum.*)

Potassa calcinata venalis, quæ Carbonatis kalici septuaginta quinque (75) saltem centesimas partes continere debet.

## CARBONAS NATRICUS CRYSTALLISATUS.

(*Ph. Dan. 05. Natrum carbonicum. Ph. Sv. 45. Soda depurata. Cæterarum Natrum carbonicum depuratum.*)

NaO, CO<sub>2</sub>, 10HO.

NaO	=	389,73	∴	21,78
CO <sub>2</sub>	=	275,00	∴	15,36
10HO	=	1125,00	∴	62,86
		1789,73	∴	100,00

Partes centum (100) partibus aquæ octoginta quinque (85) solvuntur.

## CARBONAS NATRICUS SICCUS.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Natrum carbonicum depuratum siccum. Ph. Bor. 46. Natrum carbonicum depuratum siccum. Ph. Hbg. 52. Natrum carbonicum siccum.*)

NaO, CO<sub>2</sub>.

NaO	=	389,73	∴	58,63
CO <sub>2</sub>	=	275,00	∴	41,37
		664,73	∴	100,00

Partes centum (100) cal. gr. 20 aquæ partibus trecentis nonaginta tribus (393) solvuntur.

## CASTOREUM.

Castor Fiber. L. Mammalia. Glires. L. Animal Europam & Asiam septentrionalem & mediam, nec non Americam mediam & borealem habitans.

Secretum in folliculis inter anum & genitalia utriusque sexus positis contentum.

### a. Castoreum canadense.

(*Pharmacopœarum Castoreum canadense s. anglicum.*)

### b. Castoreum russicum.

(*Ph. Dan. 05. Bor. 46. Castoreum borussicum, russicum, polonicum. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. C. moscoviticum.*)

### c. Castoreum norvegicum.

Castoreum canadense dispensetur, nisi russicum vel norvegicum expresse præscriptum sit.

## CATAPLASMA TANNATIS PLUMBICI.

(*Ph. Bor. 46. Cataplasma ad decubitum. Ph. Dan. 50. Ungventum quercinum. Ph. Hbg. 52. Plumbum tannicum.*)

Rp. Corticis Quercuum concisi partem unam . . . . . 1.  
Aqvæ partes sedecim . . . . . 16.  
Coquantur ad colaturam partium octo . . . . . 8.

Addatur sensim

Solutio Acetatis sesquiplumbici concentrata,  
quamdiu sedimentum demittatur. Deinde filtro immittatur  
& abluatur.

Ex tempore paretur.

## CERA.

Apis mellifica. L. Insecta. Hymenoptera. L. Animal satis cognitum.

### a. Cera flava.

### b. Cera alba.

(*In aliis Pharmacopœis eadem nomina.*)

Cera flava dispensetur, nisi alba expresse præscripta sit.

## CERATUM CETACEI.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Ceratum Cetacei album. Ph. Sv. 45. Ceratum album. Ph. Bor. 46. Ceratum Cetacei. Ph. Hbg. 52. Unguentum Cere compositum.*)

Rp. Cerae albæ,  
Cetacei,  
Pingvolei Oleæ optimi, singulorum partes æquales.  
Liquefacta mixtio in cistulas papyraceas effundatur et refrigerata in taleolas dissecta servetur.

## CERATUM LABIALE.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Cera ad labia.*)

Rp. Cerae albæ partes quatuordecim . . . . . 14.  
Cetacei partes viginti . . . . . 20.  
Pingvolei Amygdalarum partes quadraginta . . 40.  
Balneo vaporis colliqvatis addantur  
Radicis Alkannæ, crasse pulveratæ, partes sex 6.  
Per aliquot horæ sexagesimas digesta colentur. Addantur  
Ætherolei Bergamiæ,  
— Citri, singulorum partes tres . . . . . 3.  
Bene mixta & colata in capsulas papyraceas effundantur.

## CETACEUM.

(*Pharmacopœarum Cetaceum s. Sperma Ceti.*)

*Physeter macrocephalus*. L. & fortasse aliæ species. *Mammalia*. *Cetacea*. L. *Animal Oceani*.

## CETRARIA ISLANDICA.

## Cetraria.

(*Pharmacopœarum Lichen s. Muscus islandicus.*)

*Cetraria islandica*. Ach. (*Lichen Islandicus*. L. *Parmelia islandica*. Spr.). *Cryptogamia*. *Lichenes*. L. *Hymenothalami*. Endl. *Planta perennis alpina in Europa boreali frequens.*

**CETRARIA ISLANDICA ELOTA.****Cetraria elota.**

(*Ph. Sl. Hols. 31. Lichen islandicus edulcoratus. Ph. Sv. 45. Lichen islandicus præparatus.*)

Rp. Cetrariæ concisæ partem unam . . . . . 1.  
 Aqvæ partes octo . . . . . 8.  
 Per duodecim horas calore aëris temperato macerata  
 defundatur, exprimatur & siccetur.

**CHLORAS KALICUS.**

(*Ph. Sl. Hols. 31. Kali muriaticum hyperoxygenatum. Ph. Bor. 46. Kali chloricum depuratum. Ph. Hbg. 52. Kali chloricum.*)

KO, ClO<sub>5</sub>.

KO = 588,86 ∴ 38,43

ClO<sub>5</sub> = 943,28 ∴ 61,57

1532,14 ∴ 100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ mille septingentis (1700) solvuntur.

**CHLORETUM AMMONICUM.**

(*Ph. Dan. 05 & 50. Ammonium muriaticum depuratum. Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Sal ammoniacum depuratum. Ph. Bor. 46. Ammoniacum hydrochloratum depuratum. Ph. Hbg. 52. Ammonium hydrochloricum depuratum.*)

Am, Cl.

NH<sub>4</sub> = Am = 225,06 ∴ 33,67

Cl = 443,28 ∴ 66,33

668,34 ∴ 100,00

Partes centum (100) partibus aqvæ ducentis septuaginta duabus (272) solvuntur.

**\*CLORETUM AURICO—NATRICUM  
 CRYSTALLISATUM.****Chloretum aurico-natricum.**

(*Ph. Sv. 45. Chloretum aurico-natricum. Ph. Bor. 46. Auro-Natrium chloratum. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Aurum muriaticum natronatum. Ph. Hbg. 52. Aurum chloratum natronatum.*)

NaCl, AuCl<sub>3</sub>, 4HO.

NaCl = 733,01 ∴ 14,75

AuCl<sub>3</sub> = 3788,17 ∴ 76,20

4HO = 450,00 ∴ 9,05

4,971,18 ∴ 100,00

Dosis media grani octava—quarta ( $\frac{1}{8}$ — $\frac{1}{4}$ ) pars; periculosa granum unum (1).

### CHLORETUM BARYCUM CRYSTALLISATUM.

Chloretum barycum.

(Ph. Sv. 45. *Chloretum baryticum*. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. *Baryum chloratum*. *Ceterarum Baryta muriatica*.)

BaCl, 2HO.

BaCl = 1300,05 ∴ 85,25

2HO = 225,00 ∴ 14,75

1525,05 ∴ 100,00

Partes centum (100) partibus aquæ ducentis triginta (230) solvuntur.

### CHLORETUM CALCICUM CRYSTALLISATUM.

Chloretum calcicum.

(Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. *Calcaria muriatica*. Ph. Sv. 45. *Chloretum calcicum*. Ph. Hbg. 52. *Calcium chloratum crystallisatum*.)

CaCl, 2HO.

CaCl = 693,28 ∴ 75,50

2HO = 225,00 ∴ 24,50

918,28 ∴ 100,00

Partes centum (100) partibus aquæ viginti quinque (25) solvuntur.

### CHLORETUM FERRICUM CRYSTALLISATUM.

Chloretum ferricum.

(Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. *Ferrum muriaticum oxydatum*. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. *Ferrum chloratum*. Ph. Sv. 45. *Chloretum ferricum*.)

Fe<sub>2</sub>Cl<sub>3</sub>, 12HO.

Fe<sub>2</sub>Cl<sub>3</sub> = 2030,04 ∴ 60,06

12HO = 1350,00 ∴ 39,94

3380,04 ∴ 100,00

### \*CHLORETUM HYDRARGYRICUM CORROSIVUM.

(Ph. Sv. 45. *Chloretum hydrargyricum corrosivum*. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. *Hydrarbygrum chloratum corrosivum*. *Ceterarum Hydrargyrum muriaticum corrosivum*.)

Hg, Cl.

$$\text{Hg} = 1250,00 \text{ } \circledast \text{ } 73,82$$

$$\text{Cl} = 443,28 \text{ } \circledast \text{ } 26,18$$

$$1693,28 \text{ } \circledast \text{ } 100,00$$

Partes centum (100) partibus aquæ mille sexcentis (1600) solvuntur.  
Dosis media grani octava—quarta ( $\frac{1}{8}$ — $\frac{1}{4}$ ) pars; periculosa  
granum dimidium ( $\frac{1}{2}$ ).

**\*CHLORETUM HYDRARGYROSUM MITE  
PRÆCIPITATUM.**

Chloretum hydrargyrosum præcipitatum.

(*Ph. Sv. 45. Dan. 50. Hydrargyrum muriaticum mite præcipitatum.*)

Hg<sub>2</sub>, Cl.

$$\text{Hg}_2 = 2500,00 \text{ } \circledast \text{ } 84,94$$

$$\text{Cl} = 443,28 \text{ } \circledast \text{ } 15,06$$

$$2943,28 \text{ } \circledast \text{ } 100,00$$

**\*CHLORETUM HYDRARGYROSUM MITE  
SUBLIMATUM.**

Chloretum hydrargyrosum mite.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Hydrargyrum muriaticum mite. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Hydrargyrum chloratum mite. Ph. Dan. 50. Hydrargyrum muriaticum mite sublimatum.*)

Hg<sub>2</sub>, Cl.

$$\text{Hg}_2 = 2500,00 \text{ } \circledast \text{ } 84,94$$

$$\text{Cl} = 443,28 \text{ } \circledast \text{ } 15,06$$

$$2943,28 \text{ } \circledast \text{ } 100,00$$

Dispensetur, nisi Chloretum hydrargyrosum præcipitatum ex-  
presse præscriptum sit.

**CHLORETUM NATRICUM.**

(*Ph. Dan. 05. Sal gemmæ, Sal culinare. Ph. Sv. 45. Sal commune v. culinare. Ph. Dan. 50. Natrum muriaticum. Ph. Bor. 46. Natrium chloratum. Ph. Hbg. 52. Natrum muriaticum depuratum.*)

Na, Cl.

$$\text{Na} = 289,73 \text{ } \circledast \text{ } 39,53$$

$$\text{Cl} = 443,28 \text{ } \circledast \text{ } 60,47$$

$$733,01 \text{ } \circledast \text{ } 100,00$$

Partes centum (100) partibus aquæ ducentis septuaginta (270) solvuntur.



## COLLODIUM.

(Ph. Hbg. 52. Collodium.)

Rp. Nitratis kalici pulverati partes viginti . . . . . 20.

Vitreo vasi immissis addantur

Acidi sulphurici pond. sp. 1,84 partes triginta duæ 32.

Mixtio vitreo pistillo agitetur, donec Nitras kalicus li-  
quefiat. Immergatur dein

Gyssopii americani optimi carminati pars una . . . . . 1.

Bene agitata mixtione, vas vitrea lamina obtegatur &  
per viginti quatuor horas caloris gradu tricesimo dige-  
ratur. Tunc Gossypium tepida aqua probe eluatur,usquedum portiuncula ejusdem, in eadem aqua cocta,  
sese ab Acido sulphurico omnino liberam exhibeat.

Leni calore perfecte exsicceetur.

Gossypii ita præparati (Gossypii fulminantis)

parti uni 1

vitro, angusta apertura prædito, immissæ addantur

Ætheris partes sedecim . . . . . 16.

Alcohol rectificatissimi partes quatuor . . . . . 4.

Commixta seponantur, sæpius conqvassanda, donec Gos-  
sypium solutum sit.

## COLOPHONIUM.

(Pharmacopœarum Colophonium.)

Pinus sylvestris. L. P. Abies. L. (Abies excelsa.  
DeC.) Vide Balsamum Pinorum.Resina, vel e Resina communi fusa, vel e residuo post Æther-  
olei Pinorum præparationem obtenta.

## CONCHÆ OSTREÆ EDULIS MUNDATÆ.

Conchæ Ostreæ.

(Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Conchæ.)

Ostrea edulis. L. Mollusca. Acephala. Cuv. — Ad litora  
totius fere Norvegiæ, Oceani atlantici, maris mediterranei & sep-  
tentrionalis frequens.A sordibus bene purgatæ aqua communi decoquantur, sco-  
pis a quisquiliis mudentur, deinde probe abluantur & siccentur.

## \* CONIINUM.

(Ph. Bor. 46. Coniinum.)

 $C_{16}H_{15}N$ .

Pond. sp. 0,89. Ebull. cal. gr. 212. Partes centum (100) mille (1000) aqvæ partibus solvuntur.

Dosis media grani sexagesima—quadragesima ( $\frac{1}{60}$ — $\frac{1}{40}$ ) pars; periculosa grani vicesima ( $\frac{1}{20}$ ) pars.

## CORNU CERVORUM RASUM.

(Ph. Dan. 05 &amp; 50. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Cornu Cervi. Ph. Sv. 45.

C. C. integrum &amp; rasum. Ph. Hbg. 52. C. C. raspatum.)

Cervus Elaphus. L. C. Tarandus. L. C. Alces. L. Mammalia. Ruminantia. L. — Animalia Norvegiæ indigena.

## CORTEX CANELLÆ ALBÆ.

Cortex Canellæ.

(Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Canella alba. Ph. Hbg. 52. Cortex Canellæ albæ.)

Canella alba. Murr. (Winterania Canella. L.). Dodecandria. Monogynia. L. Meliaceæ. Juss. Clusiaceæ. Endl. — Arbor Indiæ occidentalis.

## CORTEX CINCHONÆ FUSCUS.

(Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Cortex Chinæ fuscus. Ph. Sv. 45. China grysea de Huanuco.)

Cinchona Condaminea. Humb. & Bonpl. (Cinchona officinalis L.?) Pentandria. Monogynia. L. Rubiaceæ. Juss. & Endl. — Arbor Americæ meridionalis, inprimis regionis Loxa, in jugis montanis nascens.

## CORTEX CINCHONÆ REGIUS.

(Ph. Dan. 05 & 50. Cortex peruvianus flavus s. regius. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. C. Chinæ regius. Ph. Sv. 45. Cinchona v. China regia.)

Cinchona lancifolia. Mut. (Cinchona lanceolata & nitida. R. & P.?) — Arbor in Columbiae jugis montanis frequens.

**CORTEX CINCHONÆ RUBER.**

(*Ph. Dan. 05. Cortex peruvianus ruber. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Cortex Chinæ ruber.*)

*Cinchona magnifolia*. R & P.? (*C. oblongifolia* Mut. Humb. & Bonpl.?) Arbor montanarum Columbiae regionum.

**CORTEX CINNAMOMI AROMATICI.****Cortex Cinnamomi.**

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Cassia cinnamomea. Ph. Dan. 50. Hbg. 52. Cortex Cassiæ cinnamomeæ.*)

*Cinnamomum aromaticum*. C. G. Nees. (*Laurus Cassia*. Aitk. *Laurus Cinnamomum*. Lour. *Persea Cassia*. Spr.) *Enneandria*. *Monogynia*. L. *Laurineæ*. Kunth & Endl. Arbor, Chinæ & Cochinchinæ indigena, in India orientali frequens.

**CORTEX CROTONIS ELUTERIÆ.****Cortex Eluteriæ.**

(*Ph. Dan. 05. Cascarilla. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Cortex Cascarilleæ.*)

*Croton Eluteria*. Sw. (*Clutea Eluteria*. L.) *Monoecia*. *Monodelphia*. L. *Euphorbiaceæ*. Juss. & Endl. Frutex in Antillis, imprimis in Jamaica, frequens.

**CORTEX DAPHNES MEZEREI.****Cortex Daphnes.**

(*Ph. Dan. 50. Mezereum; cæterarum Cortex Mezerei.*)

*Daphne Mezereum*. L. *Octandria*. *Monogynia*. L. *Thymelææ*. Juss. *Daphnoideæ*. Endl. Frutex in Asia & Europa, etiam Norvegia, frequens.

Cortex vere, florente planta, collectus.

**CORTEX FRUCTUUM CITRI AURANTII EXTERIOR.****Cortex fructuum Aurantii.**

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Cortex Aurantiorum. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Cortex fructuum Aurantiï.*)

*Citrus Aurantium*. L. Polyadelphia. Icosandria. L. Aurantiaceæ. DeC., Endl. & recentiorum. Arbor Indiæ orientalis indigena, in Europa meridionali frequenter culta.

### CORTEX FRUCTUUM CITRI MEDICÆ EXTERIOR.

*Cortex fructuum Citri.*

(*Ph. Bor. 46. Cortex fructus Citri; cæterarum Cortex Citri.*)

*Citrus medica*. L. Arbor Europæ mediæ & australis.

### CORTEX FRUCTUUM JUGLANDIS REGIÆ EXTERIOR.

*Cortex fructuum Juglandis.*

(*Ph. Dan. 05. Cortex fructus Juglandis regiæ exterior. Ph. St. Hols. 31. Cortex nucum Juglandis viridis. Ph. Sv. 45. Putamina Juglandis. Ph. Hbg. 52. Cortex externus s. Putamina nucum Juglandis.*)

*Juglans regia*. L. Monoecia. Polyandria. L. Juglandææ. DeC. & Endl. Arbor Persiæ & Indiæ orientalis indigena, in Europa media & meridionali, raro in Norvegia, culta.

*Cortex drupæ* nondum plane maturæ siccatus.

### CORTEX QVERCUUM.

(*Pharmacopœarum Cortex Quercus.*)

*Quercus Robur*. L. Q. pedunculata. Willd. (Q. sesseliflora. Sm.) Monoecia. Polyandria. L. Cupuliferæ. Bisch. & Endl. Arborea in Europa frequentes.

*Cortex ramulorum* vere, antequam folia provenerint, detractus.

### CORTEX RADICIS PUNICÆ GRANATI.

*Cortex Punicæ.*

(*Ph. Dan. 50. Sv. 45. Bor. 46. Hbg. 52. Cortex radice s. radicem Granati.*)

*Punica Granatum*. L. Icosandria. Monogynia. L. Myrtaceæ. Juss. & Endl. Arbor Indiæ orientalis & Africae indigena, in Europa australi, imprimis Hispania, culta.

*Cortex radice* recens siccato præferendus.

**CORTEX SALICUM.***(Pharmacopœarum Cortex Salicis.)*

Salix alba. L. S. fragilis. L. S. pentandra. L. Dioecia.  
 Diandria. L. Salicineæ. Rich. & Endl. Arbores in Norvegia frequentes.  
 Cortex ramorum juniorum.


**CORTEX ULMI CAMPESTRIS.**

Cortex Ulmi.

*(Pharmacopœarum Cortex Ulmi interior.)*

Ulmus campestris. L. Pentandria. Digynia. L. Urticeæ.  
 Juss. Ulmaceæ. Agardh & Endl. Arbor Norvegiæ.

Cortex interior ramorum non nimis tenuium, detracto exteriori. Vere colligendus.

**\*CREOSOTUM.***(Ph. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Creosotum v. Kreosotum.)*

$$C_{12}H_5O = 1062,5 \text{ } \circledast \text{ } 90,43$$

$$HO = 112,5 \text{ } \circledast \text{ } 9,57$$

$$1175,0 \text{ } \circledast \text{ } 100,00$$


Partes centum (100) partibus aquæ octies mille (8000) solvuntur.

Dosis media gutta una (1); periculosa guttæ tres (3).

**CYANETUM FERROSO—KALICUM CRYSTALLISATUM.**

Cyanetum ferroso-kalicum.

*(Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Kali ferreo-borussicum. Ph. Bor. 46. Ferro-Kalium cyanatum flavum. Ph. Hbg. 52. Kali ferroso-hydrocyanicum.)*



$$2KCy = 1627,83 \text{ } \circledast \text{ } 61,65$$

$$FeCy = 675,16 \text{ } \circledast \text{ } 25,57$$

$$3HO = 337,50 \text{ } \circledast \text{ } 12,78$$

$$2640,49 \text{ } \circledast \text{ } 100,00$$

Partes centum (100) quadringentis (400) aquæ partibus solvuntur.

**\*CYANETUM KALICUM.***(Ph. Sv. 45. Cyanetum kalicum.)*

K, Cy.

K = 488,86 ∴ 60,06

CN<sub>2</sub> = Cy = 325,06 ∴ 39,94

813,92 ∴ 100,00

Dosis media octava—sexta ( $\frac{1}{8}$ — $\frac{1}{6}$ ) grani pars; periculosa granum dimidium ( $\frac{1}{2}$ ).

### DECOCTUM CORTICIS CINCHONÆ REGII ACIDUM.

Decoctum Cinchonæ acidum.

- Rp. Corticis Cinchonæ regii contusi partes octo . . . 8.  
Acidi sulphurici diluti partem unam . . . . . 1.  
In porcellaneo vase per horæ quadrantem coquantur cum  
Aqvæ tanta qvantitate,  
qvanta sufficiat ad colaturam expressam partium octo-  
ginta . 80.

### DECOCTUM CORTICIS CINCHONÆ REGII AROMATICUM ACIDUM.

Decoctum Cinchonæ aromaticum acidum.

- Rp. Decocti corticis Cinchonæ regii simplicis  
partes quadraginta octo . . . . 48.  
Essentiæ aromaticæ acidæ partem unam . . . . 1.  
Misceantur.

### DECOCTUM CORTICIS CINCHONÆ REGII CUM POLYGALA.

Decoctum Cinchonæ cum Polygala.

(*Ph. Dan. 50. Decoctum corticis China cum Senega.*)

- Rp. Corticis Cinchonæ regii contusi partes tres . . . 3.  
Radici Polygalæ concisæ partem unam . . . . 1.  
Per dimidiam horam coquantur cum  
Aqvæ tanta qvantitate,  
qvanta sufficiat ad colaturam expressam partium qua-  
draginta . 40.

## DECOCTUM CORTICIS CINCHONÆ REGII SIMPLEX.

Decoctum Cinchonæ simplex.

(*Ph. Sv. 45. Decoctum Cinchonæ.*)

- Rp. Corticis Cinchonæ regii contusi partem unam . 1.  
Per dimidiam horam coqvatur cum  
Aqvæ tanta qvantitate,  
qvanta sufficiat ad expressam colaturam partium decem 10.

## DECOCTUM FOLIORUM CASSIARUM COMPOSITUM.

Decoctum Cassiarum compositum.

(*Pharmacopœarum Infusum Sennæ compositum.*)

- Rp. Foliorum Cassiarum concisorum partes octo . . 8.  
Tartratis bikalici partes tres . . . . . 3.  
Concisis et contusis affundantur  
Aqvæ partes nonaginta sex . . . . . 96.  
Coqvantur ad expressam colaturam partium sexaginta . 60.  
In decocto solvantur  
Mannæ partes viginti . . . . . 20.  
Coletur.

## DECOCTUM RADICIS POLYGALÆ.

Decoctum Polygalæ.

- Rp. Radicis Polygalæ concisæ partem unam . . . . 1.  
Per dimidiam horam coquatur cum  
Aqvæ tanta qvantitate,  
qvanta sufficiat ad colaturam expressam partium decem 10.

## DECOCTUM RADICIS SMILACUM COMPOSITUM FORTIUS.

Decoctum Smilacum compositum fortius.

(Ph. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Decoctum Zittmanni fortius. Ph. Hbg.  
52. Decoctum Sarsaparillæ compositum forte.)

Rp. Radicis Smilacum concisæ partes nonaginta sex 96.

Infunde

Aqvæ partium sex millia nongentas duodecim . 6912.

Per viginti qvatuor horas digestis adde

Sacchari,

Sulphatis aluminico-kalici crystallisati,

pulveratorum, singulorum partes sex 6.

Chloreti hydrargyrosi mitis pulverati partes

qvatuor . 24.

Sulphureti hydrargyrici pulverati partem unam 1.

Sacculo linteo inclusa in ferrea olla vitreata coqve,

dum remanserint partium duo millia trecentæ qvatuor 2304.

Sub finem coctionis addantur

Fructuum Anisi,

— Foeniculi,

contusorum, singulorum partes qvatuor 4.

Foliorum Cassiarum concisorum partes viginti

qvatuor . 24.

Radicis Glycyrrhizarum concisæ partes duodecim 12.

Exprime & cola. Colaturam, per aliquod tempus  
sepositam, defunde.

Linteum, e quo confectus est sacculus, tantæ sit sub-  
tilitatis, ut sexaginta — septuaginta fila pollicem  
expleant.

### DECOCTUM RADICIS SMILACUM COMPOSITUM MITIUS.

Decoctum Smilacum compositum mitius.

(Ph. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Decoctum Zittmanni mitius. Ph. Hbg.

52. Decoctum Sarsaparillæ compositum tenue.)

Rp. Radicis Smilacum concisæ partes qvadräginta

octo 48.



Specierum, e Decocto fortiori residuarum, partium duo millia trecentas quatuor . 2304.

Mixta coquantur cum

Aquæ partium sex millibus nongentis duodecim 6912,  
dum remanserint partium duo millia trecentæ quatuor 2304.

Sub finem coctionis addantur

Corticis Citri,

— Cinnamomi,

Seminum Elettariæ,

Radicis Glycyrrhizarum, contusorum, singulorum partes tres . 3.

Exprime & cola. Colaturam, per aliquod tempus sepositam, defunde.

### ELÆOSACCHARA.

(*Pharmacopœarum Elaeosacchara.*)

Rp. Sacchari partes nonaginta novem . . . . . 99.

Ætherolei partem unam . . . . . 1.

In mortario in pulverem conterantur.

Ex tempore parentur.

### ELECTUARIUM ANTHELMINTHICUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Electuarium Seminis Cynæ compositum.*)

(*Ph. Dan. 50. Electuarium anthelminthicum.*)

Rp. Florum Artemisiæ partes quatuor . . . . . 4.

Radicis Valerianæ,

— Ipomæarum, singulorum partem unam . 1.

Sulphatis kalici partes duas . . . . . 2.

Pulverata & bene commixta conterantur cum

Oxymellis scillitici partibus viginti . . . . . 20.

Ex tempore parentur.

### ELECTUARIUM APERIENS.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Electuarium aperiens.*)

Rp. Foliorum Cassiarum pulveratorum partes duas . 2.

Tartratis bikalici pulverati partem unam . . . . 1.

- Pulpæ Tamarindi partes quatuor . . . . . 4.  
 Syrupi Mannæ partes octo . . . . . 8.  
 Terendo commisceantur.

### ELECTUARIUM AROMATICUM.

- Rp. Radicis Archangelicæ partes sex . . . . . 6.  
 — Valerianæ partes quatuor . . . . . 4.  
 Corticis Cinnamomi partes duas . . . . . 2.  
 Seminum Elettariæ,  
 Florum Caryophylli,  
 Gummi-resinæ Balsamodendri,  
 Stigmatum Croci,  
 Sulphatis ferrosi, singulorum partem unam . . 1.  
 Seorsum pulveratis & bene commixtis assiduo concussu  
 addantur  
 Mellis despumati partes quadraginta octo . . . 48.

### ELECTUARIUM THERIACA.

(*Ph. Dan. 05. Electuarium Theriaca. Ph. Sl. Hols. 31. Elect. theriacale.*)

- Rp. Radicis Archangelicæ partes sex . . . . . 6.  
 — Serpentariæ partes quatuor . . . . . 4.  
 — Valerianæ,  
 Bulborum Scillæ,  
 Corticis Cinnamomi, singulorum partes duas . . 2.  
 Seminum Elettariæ,  
 Florum Caryophylli,  
 Gummi-resinæ Balsamodendri,  
 Stigmatum Croci,  
 Sulphatis ferrosi, singulorum partem unam . . . 1.  
 Seorsum pulveratis & commixtis paulatim & trititando  
 addantur  
 Mellis despumati partes septuaginta octo . . . 78,  
 quibuscum exacta trituratione mixta est

Opii pulverati pars una . . . . . 1.

Partes centum (100) solubile ex una (1) Opii parte continent.

### ELIXIR ACIDUM.

(*Ph. Dan. 05. Elixir acidum. Ph. Dan. 50. El. acidum rubrum. Ph. Sl. Hols. 31. El. acidum Halleri. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Mixtura sulphurica acida.*)

Rp. Alcohol rectificatissimi partes quatuor . . . . . 4.

Sensim et guttatim instilletur

Acidi sulphurici concentrati pars una . . . . . 1.

Conquassando misceantur.

### ELIXIR ANTARTHRITICUM.

(*Ph. Dan. 50. Elixir antarthriticum.*)

Rp. Extracti Menyanthis partem unam . . . . . 1.

Essentiæ Menyanthis partes sex . . . . . 6.

Solutis addatur

Elixir acidi pars una . . . . . 1.

Misceantur.

### ELIXIR APERITIVUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Elixir aperitivum Clauderi.*)

Rp. Aloës,

Gummi-resinæ Balsamodendri, singulorum partes  
duas . . . . . 2.

Stigmatum Croci partem unam . . . . . 1.

Carbonatis kalici partes quatuor . . . . . 4.

Pulveratis & cucurbitæ immissis affundantur

Aqvæ Sambuci partes triginta . . . . . 30.

In balneo arenæ per dimidiam horam coquantur. Cæ-  
terum ad Essentiæ Aloes normam paretur.

### ELIXIR PECTORALE.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Elixir pectorale. Ph. Hbg. 52. El. e succo Liqviritiæ.*)

- Rp. Extracti Glycyrrhizarum partes sex . . . . . 6.  
 Fructuum Anisi contusorum partem unam . . . . . 1.  
 Sesquicarbonatis ammonici partes duas . . . . . 2.  
 Aquæ Foeniculi partes duodecim . . . . . 12.  
 Alcohol tenuis partes triginta sex . . . . . 36.  
 Per viginti quatuor horas macerata mixtio coletur.

### EMPLASTRUM ADHÆSIVUM.

- Rp. Emplastri plumbici partes triginta duas . . . . . 32.  
 Ceræ,  
 Resinæ Pinorum, singulorum partes tres . . . . . 3.  
 Sebi partem unam . . . . . 1.  
 Modico calore colliqvefactis addatur  
 Balsami Pinorum pars una . . . . . 1.  
 Bene commixta massa in magdalides formetur.

### EMPLASTRUM CANTHARIDUM COLATUM.

- Rp. Cantharidum pulveratarum,  
 Colophonii, singulorum partes octo . . . . . 8.  
 Ceræ partes quinque . . . . . 5.  
 Sebi partes duas . . . . . 2.  
 Porcellaneo vel cupreo vasi stannato, leviter oblecto,  
 immissa frequenti agitatione seponantur in balneo aquæ,  
 quæ per tres horas fervens teneatur. Addatur dein  
 Balsami Pinorum pars una . . . . . 1.  
 Massa bene commixta linteo panno imponatur, prelo  
 calefacto comprimatur et in papyraceas capsulas effun-  
 datur.

### EMPLASTRUM CANTHARIDUM ORDINARIUM.

(*Pharmacopœarum Emplastrum Cantharidum vel Emplastrum Cantharidum ordinarium.*)

- Rp. Ceræ partes decem . . . . . 10.  
 Balsamum Pinorum.

Pingvolei Oleæ, singulorum partes tres . . . . 3.  
 Modico calore colliqvefactis paulatim continua agitatione  
 addantur  
 Cantharidum in crassum pulverem tritarum par-  
 tes sex . 6.  
 Magdalides formentur.

### EMPLASTRUM CANTHARIDUM PERPETUUM.

(*Ph. Sv. 45. Emplastrum Cantharidum cum Euphorbio; cæterarum Empl. Cantharidum perpetuum.*)

Rp. Balsami Pinorum,  
 Resinæ Pistaciæ pulveratæ, singulorum partes  
 duodecim . 12.  
 Leni calore colliqvefacta probe commisceantur cum  
 Cantharidum pulveratarum partibus tribus . . . 3.  
 Resinæ Euphorbiarum pulveratæ partibus duabus 2.  
 Massa in papyraceas capsulas effundatur.

### EMPLASTRUM FOLIORUM CONII.

#### Emplastrum Conii.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Emplastrum Conii maculati. Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Hbg. 52. Empl. Conii.*)

Rp. Cereæ partes duas . . . . . 2.  
 Colophonii,  
 Pingvolei Oleæ, singulorum partem unam . . . . 1.  
 Colliqvefactis et ad caloris gradum circiter 50—60 re-  
 frigeratis terendo admisceantur  
 Foliorum Conii pulveratorum partes duæ . . . . 2.  
 Massa in papyraceas capsulas effundatur.

### EMPLASTRUM FOLIORUM CONII ADHÆSIVUM.

#### Emplastrum Conii adhæsivum.

Rp. Emplastri plumbici partes sedecim . . . . . 16.  
 Colophonii partem unam . . . . . 1.  
 Sebi partes tres . . . . . 3.

Leni calore liqvatis et ad caloris gradum 50—60 refrigeratis addantur

Foliorum Conii pulveratorum partes quinque . 5.

Commixta massa in magdalides formetur.

### EMPLASTRUM FOLIORUM HYOSCYAMI.

Emplastrum Hyoscyami.

(*Pharmacopœarum Emplastrum Hyoscyami.*)

Uti Emplastrum foliorum Conii paretur.

### EMPLASTRUM FOLIORUM HYOSCYAMI ADHÆSIVUM.

Emplastrum Hyoscyami adhæsivum.

Uti Emplastrum foliorum Conii adhæsivum paretur.

### EMPLASTRUM GUMMI—RESINÆ GALBANI CROCATUM.

Emplastrum Galbani crocatum.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Emplastrum Galbani vel de Galbano crocatum.*)

Rp. Emplastri plumbici,

— Melilotorum, singulorum partes duodecim . 12.

Ceræ partes octo . . . . . 8.

Liqvatis et caloris gradu 25—30 ad pultariam massam refrigeratis assidua agitatione admisceantur

Balsami Pinorum partes quatuor . . . . . 4.

Gummi—resinæ Galbani pulveratæ partes viginti quatuor . 24.

Balneo vaporis colliqvæfactis, caloris gradu 60—70 refrigeratis & exacte commixtis sedula agitatione addatur

Stigmatum Croci pulveratorum pars una . . . . . 1.

Magdalides formentur.

## EMPLASTRUM GUMMI-RESINOSUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Emplastrum gummosum. Ph. St. Hols. 31. Empl. Lithargyri compositum. Ph. Sv. 45. Empl. gummi-resinosum. Ph. Bor. 46. Empl. Plumbi compositum. Ph. Hbg. 52. Empl. Lithargyri compositum.*)

- Rp. Emplastri plumbici partes duodecim . . . . . 12.  
 Ceræ partes duas . . . . . 2.  
 Balsami Laricis partem unam . . . . . 1.  
 Colliquesactis & paululum refrigeratis cribrando & assidue  
 agitando adspergatur  
 Gummi-resinæ Doremæ,  
 — — Galbani,  
 pulveratarum, singularum pars una . 1.  
 Refrigerata massa in magdalides formetur.

## EMPLASTRUM HERBÆ MELILOTORUM.

### Emplastrum Melilotorum.

(*Pharmacopœarum Emplastrum Meliloti.*)

- Rp. Sebi partes duodecim . . . . . 12.  
 Pingvolei Oleæ partes tres . . . . . 3.  
 Colophonii partes octodecim . . . . . 18.  
 Ceræ partes novem . . . . . 9.  
 Leni calore colliquesactis, per pannum linteum colatis  
 & ad caloris gradum 50—60 refrigeratis adde  
 Gummi-resinæ Doremæ pulveratæ,  
 Balsami Pinorum, singulorum partem unam . . 1,  
 antea colliquesactas. Adde demum  
 Herbæ Melilotorum pulveratæ partes sex . . . . 6.  
 — Absynthii — partes tres . . . 3.  
 Exacte commixta massa in magdalides formetur.

## EMPLASTRUM HYDRARGYRI.

(*Pharmacopœarum Emplastrum Hydrargyri.*)

- Rp. Hydrargyri partes tres . . . . . 3.

Balsami Pinorum partes duas . . . . . 2.

In ferreo vel lapideo vase conterantur, donec Hydrargyrum penitus divisum sit. Dein addantur

Emplastri plumbici liqvati partes viginti qvatuor 24.

Agitando bene commixta massa in magdalides formetur.

### EMPLASTRUM LAPIDIS CALAMINARIS.

(Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. *Emplastrum de Lapide calaminari. Ph. Sv. 45. Empl. Calaminæ.*)

Rp. Emplastri plumbici partes duodecim . . . . . 12.

Ceræ partes qvatuor . . . . . 4.

Sebi,

Balsami Pinorum, singulorum partem unam . . . 1.

Leni calore colliqvefactis sæpius agitando sensim admisceantur

Lapidis calaminaris præparati partes duodecim . 12.

Magdalides formentur.

### EMPLASTRUM PLUMBICUM.

(Ph. Dan. 05 & 50. *Emplastrum commune. Ph. Sl. Hols. 31. Empl. Lithargyri simplex. Ph. Sv. 45. Empl. plumbicum. Ph. Bor. 46. Empl. Plumbi simplex. Ph. Hbg. 52. Empl. Lithargyri.*)

Rp. Pingvolei Oleæ partes viginti . . . . . 20.

Oxydi plumbici pulverati partes novem . . . . . 9.

In capaci lebete concoqvantur, lignea spatula assidue agitando & calidam aqvam subinde instillando, donec Emplastri spissitudinem massa acceperit.

Magdalides formentur.

### EMPLASTRUM PLUMBICUM CAMPHORATUM.

(Ph. Dan. 05 & 50. *Emplastrum Minii camphoratum. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Empl. Minii adustum v. fuscum.*)

Rp. Emplastri plumbici partes centum & qvadragenta  
qvatuor 144.

Assidue agitando coqvatur, donec castaneum colorem acceperit. Addantur



- Ceræ partes sex . . . . . 6.  
 Nonnihil refrigeratis immisceatur  
 Camphoræ pulveratæ, cum pauxillo  
 Pingvolei Oleæ tritæ, pars una . . . . . 1.  
 In capsulas papyraceas massa effundatur.

### EMPLASTRUM RESINOSUM.

(*Ph. Dan. 50. Emplastrum citrinum. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Ceratum resinæ Pini. Ph. Bor. 46. Ceratum resinæ burgundicæ.*)

- Rp. Resinæ Pinorum partes viginti qvatuor . . . . . 24.  
 Ceræ partes sedecim . . . . . 16.  
 Sebi partes octo . . . . . 8.  
 Balsami Pinorum partes qvatuor . . . . . 4.  
 Liqvatis et colatis admisceatur  
 Radicis Curcumæ pulveratæ pars una . . . . . 1.  
 Colata massa in papyraceas capsulas effundatur.

### EMPLASTRUM RESOLVENS.

- Rp. Emplastri gummi-resinosi,  
 — Melilitorum, singulorum partes sedecim 16.  
 Leni igne liqvefactis et ad 45—50 caloris gradum refrigeratis addatur  
 Camphoræ pulveratæ pars una . . . . . 1.  
 Bene commixta massa in papyraceas capsulas effundatur.

### EMPLASTRUM SAPONACEUM PLUMBICUM.

(*Ph. Sv. 45. Emplastrum Hjärneri.*)

- Rp. Pingvolei Oleæ partes triginta . . . . . 30.  
 Saponis alicantini rasi partes septem . . . . . 7.  
 Idoneo calore solutis adde  
 Hydrato-Carbonatis plumbici pulverati partes sex 6.  
 Minii pulverati partes duodecim . . . . . 12.  
 Continua agitatione concoqve, donec Oxyda plumbica soluta sint et massa Emplastri spissitudinem & castaneum colorem acceperit. Ad caloris 60 gradum refrigeratæ adde  
 Balsami Pinorum partem unam . . . . . 1.  
 Bene commixta massa in papyraceas capsulas effundatur.

### EMPLASTRUM STIBIATUM.

(*Ph. Dan. 50. Emplastrum stibiatum. Ph. Hbg. 52. Empl. Tartari stibiati.*)

- Rp. Emplastri adhæsivi partes tres . . . . . 3.  
 Leni igne liqvatis exacte admisceatur  
 Tartratis stibico-kalici pulverati pars una . . . . 1.  
 Ex tempore paretur.

### EMPLASTRUM STICTICUM.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Emplastrum sticticum. Ph. Sv. 45. Empl. Picis.*)

- Rp. Resinæ Pinorum,  
 Picis Pinorum solidæ,  
 Ceræ, singulorum partes octo . . . . . 8.  
 Sebi partem unam . . . . . 1.  
 Mixta, leni calore liqvata & colata in papyraceas cap-  
 sulas effunde.

### EMULSIO AMYGDALARUM DULCIUM.

Emulsio Amygdalarum.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Emulsio Amygdalarum. Ph. Sv. 45. Emul-  
 sio amygdalina.*)

- Rp. Amygdalarum dulcium decorticatarum partes duas 2.  
 In lapideo mortario contusis et in massam penitus pul-  
 tariam redactis triturando sensim addatur  
 Aquæ  
 quantum sufficiat ad expressam colaturam partium sedecim 16.  
 Admisceatur  
 Syrupi Rubi pars una . . . . . 1.  
 Ex tempore paretur.

### EMULSIO CAMPHORATA.

- Rp. Camphoræ pulveratæ partem unam . . . . . 1.  
 Sacchari partes octoginta . . . . . 80.  
 In lapideo mortario commixtis sensim & assidua tri-  
 turatione addantur  
 Emulsionis Amygdalarum partes qvadringentæ  
 viginti . 420.  
 Ex tempore paretur.

## EMULSIO GUMMI—RESINÆ DOREMÆ.

## Emulsio Doremæ.

(Ph. Sl. Hols. 31. Lac ammoniacale. Ph. Dan. 50. Emulsio ammoniacalis).

- Rp. Gummi-resinæ Doremæ,  
 Gummi Acaciarum,  
     pulveratorum, singulorum partem unam 1.  
 In mortario lapideo sensim & bene trituro addde  
 Aquæ  
 quantum sufficiat ad expressam colaturam partium vi-  
     ginti quatuor . 24.  
 Oxymellis scillitici partes quatuor . . . . . 4.  
 Ex tempore paretur.

## EMULSIO GUMMI—RESINÆ GUAJACI.

## Emulsio Guajaci.

(Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Emulsio guajacina. Ph. Dan. 50. Emulsio Guajaci.)

- Rp. Gummi-resinæ Guajaci partes tres . . . . . 3.  
 Gummi Acaciarum partem unam . . . . . 1.  
 Pulveratis & commixtis in lapideo mortario sensim & bene  
 trituro affunde  
 Aquæ Menthæ  
 quantum sufficiat ad expressam colaturam partium quadraginta  
     octo 48.  
 Ex tempore paretur.

## EMULSIO OLEOSA.

(Ph. Hbg. 52. Emulsio oleosa.)

- Rp. Pingvlei Amygdalarum dulcium partes quatuor . 4.  
 Gummi Acaciarum pulverati partem unam . . . . . 1.  
 Sacchari,  
 Aquæ, singulorum partes duas . . . . . 2.  
 Exacte contritis sensim affundantur

Aqvæ partes octo . . . . . 8.  
 Optime conqvassentur.  
 Ex tempore paretur.

### ESSENTIA ÆTHEREA BALSAMICA.

(*Ph. Dan. 05. Balsamum vitæ ad modum Hoffmanni. Ph. Dan. 50.  
 Bals. vitæ Hoffmanni. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Mixtura  
 oleoso-balsamica.*)

Rp. Olei Succini rectificati partem unam . . . . . 1.  
 Ætherolei Lavandulæ,  
 — Caryophylli,  
 — Cinnamomi,  
 Pingvolei Myristicæ, singulorum partes duas . 2.  
 Balsami peruviani,  
 Radicis Alkannæ pulveratæ, singulorum partes  
 tres . 3.  
 Alcohol rectificatissimi partes qvadringentas oc-  
 toginta octo .488.  
 Sæpius agitando per unum diem macerata mixtio filtretur.

### ESSENTIA ALOES.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Aloes.*)

Rp. Aloes crasse pulveratæ partem unam . . . . . 1.  
 In cucurbitam immissæ affundantur  
 Alcohol rectificatissimi partes qvatuor . . . . . 4.  
 Cucurbitæ apertura subere claudatur, per qvod trajectus  
 sit tubus vitreus incurvatus, cujus altera extremitas vi-  
 tro vacuo, leviter obtecto & aqua frigida circumdato, im-  
 mittatur, ita ut infra hujus superficiem ponatur. Cucur-  
 bita in straminea corona collocetur, ubi liqvor balneo  
 aquæ per dimidiam horam coqvatur. Liqvore refrigerato,  
 colato & expresso, Aloes residuis Alcohol affundatur tan-  
 tum, quantum, expressis residuis, ad qvinque Essentia  
 partes obtinendas requiratur. Ad hunc usum Alcohol  
 adhibeatur, qvod in vitrum supra allatum transgressum est.  
 Filtretur.

## ESSENTIA AMARA.

(*Ph. Dan. 05. Essentia amara; cæterarum Tinctura amara.*)

Rp. Herbæ Absynthii partes sedecim . . . . . 16.

— Cnici,

Radiciſ Gentianæ,

Fructuum Aurantii immaturorum, ſingulorum par-

tes quatuor 4.

— Anisi partem unam . . . . . 1.

In crassum pulverem redactis & cucurbitæ immissis  
affundantur,

Alcohol rectificati partes centum & quadraginta

quinque 145.

Uti Essentia Aloes paretur, nisi quod residuis affun-  
datur Alcohol tantum, quantum, iis expressis, ad  
centum & quadraginta quinque Essentiæ partes obti-  
nendas requiratur.

## ESSENTIA AROMATICA.

(*Ph. Dan. 05. Essentia aromatica; cæterarum Tinctura aromatica.*)

Rp. Corticis Cinnamomi partes quatuor . . . . . 4.

Seminum Elettariæ,

Florum Caryophylli,

Radiciſ Galangæ,

— Zingiberis, ſingulorum partem unam . . 1.

In crassum pulverem redactis affundantur

Alcohol rectificati partes quadraginta . . . . . 40.

Uti Essentia Aloes paretur, nisi quod residuis Alcohol  
affundatur tantum, quantum, iis expressis, ad quadra-  
ginta Essentiæ partes obtinendas requiratur.

## ESSENTIA AROMATICA ACIDA.

(*Ph. Dan. 05. Elixir aromaticum acidum. Ph. Dan. 50. Elixir aroma-  
tico—acidum. Ph. St. Hols. 31. Elixir Vitrioli Mynsichti. Cæterarum  
Tinctura aromatica acida.*)

- Rp. Essentiæ aromaticæ partes undeviginti . . . . . 19.  
 Sensim & guttatim instilletur  
 Acidi sulphurici concentrati pars una . . . . . 1.  
 Refrigerata filtrentur.

### ESSENTIA BALSAMI TOLUTANI.

Essentia tolutana.

(*Ph. Sv. 45. Tinctura Tolu.*)

- Rp. Balsami tolutani partem unam . . . . . 1.  
 Alcohol rectificatissimi partes quatuor . . . . . 4.  
 Soluta filtrentur.

### \*ESSENTIA BULBORUM SCILLÆ.

Essentia Scillæ.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Scillæ. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52.*  
*Tinctura Scillæ. Ph. Sv. 45. Tinct. scillitica.*)

- Rp. Bulborum Scillæ crasse pulveratorum partem unam 1.  
 Alcohol tenuis partes quinque . . . . . 5.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

### \*ESSENTIA CANTHARIDUM.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Cantharidum; cæterarum Tinctura Cantharidum.*)

- Rp. Cantharidum crasse pulveratarum partem unam . 1.  
 Alcohol tenuis partes triginta . . . . . 30.  
 Uti Essentia Aloes paretur, nisi quod residuis Alcohol  
 affundatur tantum, quantum, iis expressis, ad triginta  
 Essentiæ partes obtinendas requiratur.

Dosis media guttæ decem—quindecim (10—15); periculosa  
 guttæ viginti quinque (25).

Dispensetur, nisi Essentia Cantharidum fortior expresse præ-  
 scripta sit.

### \*ESSENTIA CANTHARIDUM FORTIOR.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Cantharidum concentrata.*)

- Rp. Cantharidum crasse pulveratarum partem unam . . 1.  
 Alcohol rectificati partes quinque . . . . . 5.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

## ESSENTIA CASTOREI.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Castorei; cæterarum Tinctura Castorei.*)

- Rp. Castorei in crassum pulverem redacti partem unam 1.  
 Alcohol rectificatissimi partes quatuor . . . . . 4.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

## ESSENTIA CASTOREI ÆTHEREA.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Castorei ætherea; cæterarum Tinctura Castorei ætherea.*)

- Rp. Castorei crasse pulverati partem unam . . . . . 1.  
 Ætheris alcoholici partes quatuor . . . . . 4.  
 Per quatuordecim dies in vase bene clauso sæpius agitando macerata in vitro bene oblecto filtrentur. Residua Ætheris alcoholici tanto abluantur, quantum ad quinque Essentiæ partes obtinendas requiratur.

## ESSENTIA CORTICIS CINCHONÆ REGII.

### Essentia Cinchonæ.

(*Ph. Dan. 05. Essentia corticis peruviani simplex. Ph. Sl. Hols. 31. Tinctura Chinæ. Ph. Sv. 45. Tinct. Cinchonæ. Ph. Bor. 46. Tinct. Chinæ simplex. Ph. Dan. 50. Tinct. Chinæ regię. Ph. Hbg. 52. Tinct. corticis Chinæ fuscæ.*)

- Rp. Corticis Cinchonæ crasse pulveratæ partem unam . 1.  
 Alcohol rectificatissimi partes quinque . . . . . 5.  
 Uti Essentia Aloes paretur.

## ESSENTIA CORTICIS CINCHONÆ REGII COMPOSITA.

### Essentia Cinchonæ composita.

(*Ph. Dan. 05. Essentia corticis peruviani composita. Ph. Sv. 45. Tinctura Cinchonæ amara. Cæterarum Tinct. Chinæ composita.*)

- Rp. Corticis Cinchonæ regii partes octo . . . . . 8.  
 Radicis Gentianæ partes quatuor . . . . . 4.  
 Corticis Aurantii partem unam . . . . . 1.  
 In crassum pulverem contusis & cucurbitæ immissis affundantur

Alcohol rectificatissimi partes sexaginta quinque 65.

Uti Essentia Aloes paretur, nisi quod residuis Alcohol affundatur tantum, quantum, iis expressis, ad sexaginta quinque Essentiæ partes obtinendas requiratur.

### ESSENTIA CORTICIS CINNAMOMI.

#### Essentia Cinnamomi.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Cinnamomi; cæterarum Tinctura Cinnamomi.*)

Rp. Corticis Cinnamomi crasse pulverati partem unam . 1.  
 Alcohol rectificatissimi partes quinque . . . . . 5.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

### ESSENTIA CORTICIS ELUTERIÆ.

#### Essentia Eluteriæ.

(*Pharmacopœarum Tinctura Cascariellæ.*)

Rp. Corticis Eluteriæ crasse pulverati partem unam . . 1.  
 Alcohol rectificati partes quinque . . . . . 5.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

### ESSENTIA CORTICIS FRUCTUUM AURANTII.

#### Essentia Aurantii.

(*Ph. Dan. 05. Essentia corticum aurantium. Ph. Sv. 45. Tinctura Aurantii. Cæterarum Tinctura corticis vel corticum Aurantii vel Aurantium.*)

Rp. Corticis Aurantii crasse pulverati partem unam . . 1.  
 Alcohol rectificati partes quinque . . . . . 5.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

### ESSENTIA FLORUM LAVANDULÆ.

#### Essentia Lavandulæ.

(*Ph. Dan. 05. Spiritus Lavendularum compositus. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Spir. Lavendulæ compositus. Ph. Sv. 45. Tinctura Lavendulæ aromatica. Ph. Hbg. 52. Tinct. Lavandulæ composita.*)

Rp. Florum Lavandulæ partes quinque . . . . . 5.  
 — Rorismarini partes duas . . . . . 2.  
 Corticis Aurantii partem unam . . . . . 1.



Concisis, contusis & destillationis apparatusi immissis  
affundantur

Alcohol rectificati partes centum & quingvagina 150.

Per duodecim horas macerata destillationi subiciantur,  
ut exinde prodeant partes centum . . . . . 100.

Destillatum in cucurbitam transferatur, cui immittantur

Corticis Cinnamomi partes duæ . . . . . 2.

Florum Caryophylli,

Fructuum Cubebæ, contusorum, singulorum pars

una . 1.

Uti Essentia Aloes paretur, nisi quod residuis Alco-  
hol affundatur tantum, quantum, iis expressis, ad cen-  
tum Essentiæ partes obtinendas requiratur.

### \*ESSENTIA FOLIORUM ACONITORUM.

Essentia Aconitorum.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Aconiti.*)

Rp. Foliorum Aconitorum crasse pulveratorum par-

tem unam . 1.

Alcohol fortitudinis 45% partes quinqve . . . 5.

Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

Dosis media guttæ decem—quindecim (10—15); periculosa  
guttæ quadraginta (40).

### \*ESSENTIA FOLIORUM DIGITALIS.

Essentia Digitalis.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Tinctura Digitalis purpureæ. Ph. Sv. 45.*

*Bor. 46. Hbg. 52. Tinct. Digitalis.*)

Rp. Foliorum Digitalis crasse pulveratorum partem

unam . 1.

Alcohol tenuis partes quinqve . . . . . 5.

Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

Dosis media guttæ quinqve—decem (5—10); periculosa guttæ  
triginta (30).

**\*ESSENTIA FOLIORUM DIGITALIS COMPOSITA.**

Essentia Digitalis composita.

*(Ph. Dan. 50. Elixir antasthmaticum Aaskovi.)*

- Rp. Foliorum Digitalis crasse pulveratorum partes duas 2.  
 Radicis Glycyrrhizarum partes quatuor . . . . . 4.  
 Alcohol rectificati.  
 Aquæ Foeniculi, singulorum partes quinque . . . 5.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

**ESSENTIA FOLIORUM MENYANTHIS.**

Essentia Menyanthis.

*(Ph. Dan. 05. Essentia Trifolii fibrini. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Tinctura Trifolii fibrini. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Tinct. Trifolii.)*

- Rp. Foliorum Menyanthis crasse pulveratorum partem  
 unam . 1.  
 Alcohol rectificati partes quinque . . . . . 5.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

**ESSENTIA FOLLICULORUM MOSCHI.**

Essentia Moschi.

*(Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Moschi.)*

- Rp. Folliculorum Moschi minutim concisorum partem  
 unam . 1.  
 Alcohol rectificati partes quinque . . . . . 5.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

**ESSENTIA FRUCTUUM CUBEBAE.**

Essentia Cubebæ.

- Rp. Fructuum Cubebæ crasse pulveratorum partem unam 1.  
 Alcohol rectificatissimi partes quinque . . . . . 5.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

**ESSENTIA GUMMI—RESINÆ BALSAMODENDRI.**

Essentia Balsamodendri.

*(Ph. Dan. 05. Essentia Myrrhæ; cæterarum Tinctura Myrrhæ.)*

- Rp. Gummi-resinæ Balsamodendri contusæ partem unam 1.  
 Alcohol rectificatissimi partes quatuor . . . . . 4.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

### ESSENTIA GUMMI—RESINÆ FERULÆ.

#### Essentia Ferulæ.

(Ph. Dan. 05. Essentia Asæ foetidæ; cæterarum Tinctura Asæ foetidæ.)

- Rp. Gummi-resinæ Ferulæ crasse pulveratæ partem  
 unam . 1.  
 Alcohol rectificatissimi partes quatuor . . . . . 4.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

### ESSENTIA HERBÆ ABSYNTHII.

#### Essentia Absynthii.

(Ph. Dan. 05. Essentia Absynthii; cæterarum Tinctura Absynthii.)

- Rp. Herbæ Absynthii crasse pulveratæ partem unam . . 1.  
 Alcohol tenuis partes quinque . . . . . 5.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

### \*ESSENTIA OPII AMMONIATA.

(Ph. Dan. 05. Tinctura Opii ammoniata.)

- Rp. Opii pulverati,  
 Saponis alicantini, singulorum partes novem . . 9.  
 Camphoræ partes tres . . . . . 3.  
 Stigmatum Croci,  
 Seminum Myristicæ, singulorum partem unam . 1.  
 Pulveratis affundantur  
 Solutionis Ammoniaci alcoholicæ partes quadra-  
 ginta quinque . 45.

In vase vitreo bene clauso per octo dies macerentur, frequentius agitata; per pannum linteum colata seponantur, ut impuritates subsident. Limpido liquido defuso, sedimentum filtro, quod obtegendum est, tradatur. Residua abluantur Solutionis Ammoniaci alcoholicæ tanto, quantum, iis expressis, ad quadraginta quinque Essentiæ partes obtinendas requiratur.

Partes centum (100) solubile ex Opii partibus viginti (20) continent.  
Dosis media guttæ quatuor—octo (4—8); periculosa guttæ viginti (20).

### ESSENTIA OPII BENZOICA.

(*Ph. Dan. 05. Elixir paregoricum londinense. Ph. Sv. 45. Tinctura Opii camphorata. Cæterarum Tinct. Opii benzoica.*)

Rp. Opii pulverati,  
Acidi benzoici, singulorum partes tres . . . . . 3.  
Camphoræ pulveratæ,  
Ætherolei Anisi, singulorum partem unam . . . 1.  
Alcohol rectificati partes sexcentas . . . . . 600.  
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.  
Partes centum (100) solubile ex Opii dimidia ( $\frac{1}{2}$ ) parte continent.

### \*ESSENTIA OPII CROCATA.

(*Ph. Sv. 45. Vinum Opii crocatum; cæterarum Tinctura Opii crocata.*)

Rp. Opii pulverati partes sedecim . . . . . 16.  
Stigmatum Croci partes quatuor . . . . . 4.  
Corticis Cinnamomi,  
Florum Caryophylli, singulorum partem unam . 1.  
Pulveratis & cucurbitæ immissis affundantur  
Alcohol fortitudinis 25% partes octoginta . . . 80.  
Uti Essentia Aloes paretur, nisi quod residuis Alcohol affundatur tantum, quantum, iis expressis, ad octoginta Essentiæ partes obtinendas requiratur.  
Partes centum (100) solubile ex Opii partibus viginti (20) continent.  
Dosis media guttæ quatuor—octo (4—8); periculosa guttæ viginti (20).

### \*ESSENTIA OPII SIMPLEX.

(*Ph. Dan. 05. Bor. 46. Tinctura Opii simplex. Ph. Dan. 50. Tinctura Opii spirituosa.*)

Rp. Opii pulverati partem unam . . . . . 1.  
Alcohol fortitudinis 25% partes quatuor . . . . 4.  
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

Partes centum (100) solubile ex Opii partibus viginti (20) continent.  
Dosis media guttæ quatuor—octo (4—8); periculosa guttæ viginti (20).

### \*ESSENTIA PULPÆ COLOCYNTHIDIS.

#### Essentia Colocyntidis.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Colocyntidis.*)

Rp. Pulpæ Colocyntidis crasse pulveratæ partem unam 1.  
Alcohol rectificatissimi partes quinque . . . . . 5.  
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.  
Dosis media guttæ quinque—decem (5—10); periculosa guttæ viginti (20).

### ESSENTIA RADICIS GEI.

#### Essentia Gei.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Gei urbani. Ph. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Gei urbani.*)

Rp. Radicis Gei crasse pulveratæ partem unam . . . 1.  
Alcohol rectificati partes quinque . . . . . 5.  
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

### ESSENTIA RADICIS GENTIANÆ.

#### Essentia Gentianæ.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Gentianæ. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Gentianæ.*)

Rp. Radicis Gentianæ crasse pulveratæ partem unam . . 1.  
Alcohol tenuis partes quinque . . . . . 5.  
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

### ESSENTIA RADICIS KRAMERIÆ.

#### Essentia Krameriaë.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Ratanhiæ vel Ratanhiæ.*)

Rp. Radicis Krameriaë crasse pulveratæ partem unam . 1.  
Alcohol rectificati partes quinque . . . . . 5.  
Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

### ESSENTIA RADICIS PIMPINELLÆ.

#### Essentia Pimpinellæ.

(*Ph. Dan. 05. Essentia Pimpinellæ. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Pimpinellæ.*)

Rp. Radicis Pimpinellæ crasse pulveratæ partem unam . 1.  
 Alcohol rectificati partes quinque . . . . . 5.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

### ESSENTIA RADICIS RHEORUM.

#### Essentia Rheorum.

(*Ph. Dan. 05. Tinctura Rhabarbari vinosa. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Tinct. Rhei amara. Ph. Hbg. 52. Tinct. Rhei spirituosa.*)

Rp. Radicis Rheorum partes octo . . . . . 8.  
 — Gentianæ partes tres . . . . . 3.  
 Seminum Elettariæ partes duas . . . . . 2.  
 Crasse pulveratis & cucurbitæ immissis affundantur  
 Alcohol fortitudinis 25% partes sexaginta quinque 65.  
 Uti Essentia Aloes paretur, nisi quod residuis Alco-  
 hol affundatur tantum, quantum, iis expressis, ad sexa-  
 ginta quinque Essentiæ partes obtinendas requiratur.

### ESSENTIA RADICIS VALERIANÆ.

#### Essentia Valerianæ.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tinctura Valerianæ.*)

Rp. Radicis Valerianæ crasse pulveratæ partem unam 1.  
 Alcohol fortitudinis 45% partes quinque . . . . . 5.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

### ESSENTIA RESINÆ GUAJACI.

#### Essentia Guajaci.

(*Ph. Dan. 05. Tinctura Guajaci spirituosa. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Tinctura Resinæ Guajaci.*)

Rp. Resinæ Guajaci crasse pulveratæ partem unam . 1.  
 Alcohol rectificatissimi partes quatuor . . . . . 4.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

**ESSENTIA RESINÆ GUAJACI AMMONIATA.****Essentia Guajaci ammoniata.**

(*Ph. Dan. 05 & 50. Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Hbg. 52. Tinctura Guajaci ammoniata. Ph. Bor. 46. Tinct. Guajaci ammoniacata.*)

- Rp. Resinæ Guajaci crasse pulveratæ partem unam . . . 1.  
 Solutionis Ammoniaci alcoholicæ partes qvinque . . . 5.  
 In vase vitreo sæpius agitata, donec Resina soluta sit, filtrentur.

**\*ESSENTIA SEMINUM COLCHICI.****Essentia Colchici.**

(*Ph. Sv. 45. Vinum Colchici. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Tinctura Colchici e semine vel seminibus. Ph. Dan. 50. Tinct. Colchici e seminibus. Ph. Bor. 46. Tinct. seminis Colchici.*)

- Rp. Seminum Colchici crasse pulveratorum partem unam 1.  
 Alcohol fortitudinis 45<sup>o</sup>/<sub>o</sub> partes qvinque . . . . . 5.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.

**\*ESSENTIA SEMINUM DATURÆ.****Essentia Daturæ.**

(*Ph. Dan. 50. Tinctura Stramonii e seminibus. Ph. Sl. Hols. 31. Tinct. Stramonii seminis. Bor. 46. Hbg. 52. Tinct. Stramonii.*)

- Rp. Seminum Daturæ crasse pulveratorum partem unam 1.  
 Alcohol fortitudinis 45<sup>o</sup>/<sub>o</sub> partes qvinque . . . . . 5.  
 Cæterum uti Essentia Aloes paretur.  
 Dosis media guttæ qvinque—decem (5—10); periculosa guttæ viginti qvinque. (25).

**ESSENTIA SPERMOEDIÆ.**

(*Ph. Hbg. 52. Tinctura Secalis cornuti.*)

- Rp. Spermœdiæ crasse pulveratæ partem unam . . . 1.  
 Ætheris alcoholici partes qvinque . . . . . 5.  
 Mixtio per quatuordecim dies in vase bene clauso, sæpius agitato, macerata in vitro bene obtecto filtretur. Residua Ætheris alcoholici abluantur tanto, quantum, iis expressis, ad qvinque Essentiæ partes obtinendas requiratur.

## EXTRACTA HERBARUM NARCOTICARUM,

quorum nullæ formulæ nominatim præscriptæ sunt, uti Extractum Foliorum Aconitorum parentur.

### \*EXTRACTUM BULBORUM SCILLÆ.

#### Extractum Scillæ.

(*Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Extractum Scillæ.*)

Bulbis Scillæ crasse pulveratis & cucurbitæ immissis quintupla Alcohol tenuis quantitas affundatur. Eodem modo, qui in Essentiis parandis præscriptus est, coquantur & refrigerata colentur & exprimantur. Partibus residuis Alcohol duæ partes & dimidia affundantur, easdem cæterum operationes iterando. E liquoribus commixtis destillatione duæ trientes eliciantur. Residuum porcellaneo vel cupreo vasi stannato immissum balneo aquæ ad communem Extracti spissitudinem evaporetur. Quatuor hujus Extracti partibus Sacchari Lactis una pars addatur. Hæc mixtio balneo aquæ ad siccum evaporetur & pulveretur.

Hujus Extracti pars una (1) Extracti communis spissitudinis parti uni (1) respondet.

Dosis media grani quadrans—granum dimidium ( $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ ); periculosa granum unum & dimidium ( $1\frac{1}{2}$ ).

### EXTRACTUM CORTICIS CINCHONÆ REGII.

#### Extractum Cinchonæ.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Extractum Chinæ spirituosum.*)

Uti Extractum Bulborum Scillæ paretur, nisi quod Alcohol rectificatissimum adhibeatur, residuum, Saccharo Lactis non addito, ad siccum evaporetur & massa pulveretur.

Hujus Extracti septuaginta quinque (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æquant.

### EXTRACTUM CORTICIS ELUTERIÆ.

#### Extractum Eluteriæ.

(*Pharmacopœarum Extractum Cascariellæ.*)

Uti Extractum Bulborum Scillæ paretur, nisi quod Alcohol tenue adhibeatur, residuum, Saccharo Lactis non addito, ad siccum evaporetur & massa pulveretur.



Hujus Extracti septuaginta quinque (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æquant.

## EXTRACTUM CORTICIS FRUCTUUM AURANTII.

### Extractum Aurantii.

(*Ph. Dan. 05. Extractum corticum Aurantium. Ph. Sl. Hols. 31. Extr. Aurantium. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Extr. Corticis Aurantii.*)

Uti Extractum Bulborum Scillæ paretur, nisi quod Alcohol tenue adhibeatur, residuum, Saccharo Lactis non addito, ad siccum evaporetur & massa pulveretur.

Hujus Extracti septuaginta quinque (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æquant.

## EXTRACTUM FLORUM ARTEMISIÆ VAHLIANÆ.

### Extractum Artemisiæ.

(*Ph. Sv. 45. Extractum Cynæ. Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Extr. Cynæ atherum.*)

Rp. Florum Artemisiæ pulveratorum partem unam . . . 1.

Affundantur

Ætheris partes tres . . . . . 3.

Per triduum macerata filtrentur & exprimantur. Residuis affundantur

Ætheris partes duæ . . . . . 2.

Macerentur iterum & exprimantur. Liqvores in oblecto vase filtrati & cucurbitæ immisi destillationi subjiciantur, donec remanserit quarta pars, quæ balneo aquæ ad Syrupi spissitudinem evaporetur.

## \*EXTRACTUM FOLIORUM ACONITORUM.

### Extractum Aconitorum.

(*Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Extractum Aconiti siccum s. pulveratum. Ph. Dan. 50. Extr. Aconiti siccatum.*)

Foliis Aconitorum siccatis et minutim concisis Aquæ fervidæ affundatur tantum, ut bene agitando formetur pultaria massa, quæ,

per duodecim horas macerata, in panno linteo collocetur et exprimatur. Residuis etiam partibus fervida Aqua affundatur, cæteræque operationes iterentur. Liqvores linteo colati ad tenuioris Syrupi spissitudinem evaporentur. Huic massæ refrigeratæ addatur Alcohol rectificatissimi eadem voluminis quantitas; mixtione bene agitata, liquor linteo coletur et leviter exprimatur. Qvod remanserit aliquoties Alcohol affundatur, donec expressus liquor omnem fere colorem amiserit. Liqvores commixti filtrentur, residuum Alcohol abluatur & e filtratis duæ trientes destillentur. Qvod in destillationis apparatu remanserit, porcellaneo vel cupreo vasi stannato immittatur et balneo aquæ ad communem Extracti spissitudinem evaporetur. Hujus Extracti partibus quatuor una Sacchari Lactis parte addita, mixtio balneo aquæ ad siccum evaporata pulveretur.

Hujus Extracti una (1) pars parti uni (1) Extracti communis spissitudinis respondet.

Dosis media granum dimidium—unum ( $\frac{1}{2}$ —1); periculosa grana tria (3).

### \*EXTRACTUM FOLIORUM ATROPÆ.

#### Extractum Atropæ.

(Ph. Bor. 46. Hbg. 52. *Extractum Belladonnæ siccum s. pulveratum.* Ph.

Dan. 50. *Extr. Belladonnæ siccatum.*)

Uti Extractum Foliorum Aconitorum paretur.

Hujus Extracti una (1) pars parti uni (1) parti Extracti communis spissitudinis respondet.

Dosis media grani quadrans—granum dimidium ( $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ ); periculosa grana duo (2).

### \*EXTRACTUM FOLIORUM DATURÆ.

#### Extractum Daturæ.

(Ph. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. *Extractum Stramonii siccum s. siccatum.*)

Uti Extractum Foliorum Aconitorum paretur.

Hujus Extracti una (1) pars parti uni (1) Extracti communis spissitudinis respondet.

Dosis media granum dimidium—unum ( $\frac{1}{2}$ —1); periculosa grana duo (2).

**\*EXTRACTUM FOLIORUM DIGITALIS.****Extractum Digitalis.**

(*Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Extractum Digitalis siccum s. siccatum.*)

Uti Extractum Foliorum Aconitorum paretur.

Hujus Extracti pars una (1) uni (1) parti Extracti communis spissitudinis respondet.

Dosis media granum dimidium—unum ( $\frac{1}{2}$ —1); periculosa grana tria (3).

**\*EXTRACTUM FOLIORUM HYOSCYAMI.****Extractum Hyoscyami.**

(*Ph. Bor. 46. Dan. 50. Extractum Hyoscyami siccum s. siccatum.*)

Uti Extractum Foliorum Aconitorum paretur.

Hujus Extracti pars una (1) uni (1) parti Extracti communis spissitudinis respondet.

Dosis media granum unum—unum & dimidium (1— $1\frac{1}{2}$ ); periculosa grana tria (3).

**EXTRACTUM FOLIORUM MENYANTHIS.****Extractum Menyantis.**

(*Ph. Dan. 05. Bor. 46. Hbg. 52. Extractum Trifolii. Ph. Sl. Hols. 31.*

*Dan. 50. Extr. Trifolii fibrini. Ph. Sv. 45. Extr. Trifolii aqvatici.*)

Foliis Menyantis siccatis & minutim concisis Aqvæ fervidæ affundatur tantum, quantum ad pultariam massam formandam requiratur. Per duodecim horas macerata panno linteo immittantur, colentur & prelo exprimantur. Residuo affundatur Aqvæ fervidæ tantum, quantum ad pulvem formandam requiratur. Per sex horas seposita colentur iterum & prelo exprimantur. Liqvores commixti seponantur, donec impuritates subsederint; limpidi defusi aqvæ balneo ad siccum evaporentur. Extractum pulveretur.

Hujus extracti septuaginta quinque (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æquant.

**EXTRACTUM HERBÆ ABSYNTHII.****Extractum Absynthii.**

(*Pharmacopœarum Extractum Absynthii.*)

Uti Extractum Foliorum Menyantis paretur.

Hujus Extracti septuaginta quinque (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æquant.

### EXTRACTUM HERBÆ CHELIDONII.

#### Extractum Chelidonii.

(*Pharmacopœarum Extractum Chelidonii.*)

Uti Extractum Foliorum Aconitorum paretur.

Hujus Extracti pars una (1) uni (1) parti Extracti communis spissitudinis respondet.

### EXTRACTUM HERBÆ CNICI.

#### Extractum Cnici.

(*Pharmacopœarum Extractum Cardui benedicti.*)

Uti Extractum Foliorum Menyantis paretur.

Hujus Extracti septuaginta quinque (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æquant.

### \*EXTRACTUM HERBÆ CONII.

#### Extractum Conii.

(*Ph. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Extractum Conii maculati.*)

Uti Extractum Foliorum Aconitorum paretur, nisi quod nec Saccharum Lactis addatur, nec massa ad siccum evaporetur.

Dosis media granum unum—grana duo (1—2); periculosa grana sex (6).

### EXTRACTUM LIGNI QVASSIÆ.

#### Extractum Qvassiæ.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Extractum Qvassiæ.*)

Uti Extractum Foliorum Menyantis.

Hujus Extracti septuaginta quinque (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æquant.

### EXTRACTUM POMORUM FERRATUM.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Extractum Ferri pomatum. Ph. Hbg. 52. Extr. Ferri.*)

Fructus Pyri Mali. L. (Eosandria. Pentagynia. L. Pomaceæ. Endl. & aliorum), aciduli recentes decorticati, in ferreo mortario in pulvem contundantur & cum aquæ octava parte misceantur. Mixtio linteo panno imposita prelo fortiter exprimatur.

Succi recens expressi partes sedecim . . . . . 16.  
Ferri limati pars una . . . . . 1.

Assidue agitata per quatuor dies digerantur et dein ad dimidiæ partis consumptionem in ferreo aheni leni igne coquantur. Liqore per linteum colato et ad subsidendum seposito, limpida pars a sedimento defundatur et ad siccum evaporetur.

### \*EXTRACTUM PULPÆ COLOCYNTHIDIS.

#### Extractum Colocynthidis.

(Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. *Extractum Colocynthidis vel Colocynthidum.*)

Cum Alcohol fortitudinis 25%, cæterum uti Extractum Bulborum Scillæ paretur.

Hujus Extracti una (1) pars Extracti communis spissitudinis parti uni (1) respondet.

Dosis media granum dimidium—unum ( $\frac{1}{2}$ —1); periculosa grana tria (3).

### \*EXTRACTUM PULPÆ COLOCYNTHIDIS COMPOSITUM.

#### Extractum Colocynthidis compositum.

(Ph. Hbg. 52. *Extractum Colocynthidis compositum.*)

Rp. Pulpæ Colocynthidis minutim concisæ partes sex 6.

In eodem apparatu, qui ad Essentias parandas præscriptus est, per dimidiam horam coquantur cum

Alcohol rectificati partibus nonaginta sex . . . . . 96.

Refrigerata colentur & exprimantur. Liqvor destillationi subjiciatur & exinde eliciantur duæ trientes. Residuo, stanneo vel porcellaneo vasi immisso, addantur

Aloës pulveratæ partes duodecim . . . . . 12.

Gummi-resinæ Convolvuli pulveratæ partes quatuor 4.

Saponis alicantini pulverati partes tres . . . . . 3.

Assidua agitatione balneo aquæ ad siccum evaporatis  
& pulveratis addatur

Seminum Elettariæ pulveratorum pars una . . . . . 1.

Bene misceantur.

Dosis media grana duo—tria (2—3); periculosa grana octo (8).

### EXTRACTUM RADICIS GENTIANÆ.

#### Extractum Gentianæ.

(*Pharmacopœarum Extractum Gentianæ.*)

Uti Extractum Foliorum Menyanthis paretur.

Hujus Extracti septuaginta quinque (75) partes Extracti communis  
spissitudinis partes centum (100) æquant.

### EXTRACTUM RADICIS GLYCYRRHIZARUM.

#### Extractum Glycyrrhizarum.

(*Ph. Sv. 45. Extractum Liquiritiæ.*)

Uti Extractum foliorum Menyanthis paretur.

Hujus Extracti septuaginta quinque (75) partes Extracti communis  
spissitudinis partes centum (100) æquant.

### EXTRACTUM RADICIS INULÆ.

#### Extractum Inulæ.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Extractum Emulcæ. Ph. Hbg. 52. Extr. Helenii.*)

Uti Extractum foliorum Menyanthis paretur.

Hujus Extracti septuaginta quinque (75) partes Extracti communis  
spissitudinis partes centum (100) æquant.

### EXTRACTUM RADICIS KRAMERIÆ.

#### Extractum Kramerieæ.

(*Ph. Dan. 50. Hbg. 52. Extractum Ratanhiæ. Ph. Bor. 46. Extr. Ratanhiæ.*)

Uti Extractum foliorum Menyanthis paretur.

Hujus Extracti septuaginta quinque (75) partes Extracti communis  
spissitudinis partes centum (100) æquant.

**EXTRACTUM RADICIS RHEORUM.****Extractum Rheorum.**

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Hbg. 52. Extractum Rhei.*  
*Ph. Dan. 50. Extr. Rhabarbari.*)

Cum Aqva frigida, cæterum uti Extractum foliorum Menyanthis paretur.

Hujus Extracti septuaginta quinque (75) partes Extracti communis spissitudinis partes centum (100) æquant.

**EXTRACTUM RADICIS VALERIANÆ.****Extractum Valerianæ.**

(*Pharmacopœarum Extractum Valerianæ.*)

Uti Extractum Florum Artemisiæ Valhianæ paretur.

**EXTRACTUM RADICIS & HERBÆ TARAXACI.****Extractum Taraxaci.**

(*Ph. Hbg. 52. Mellago Taraxaci; cæterarum Extractum*  
*Taraxaci liquidum.*)

Radix & junior herba, recentes bene depuratæ minutim concisæ & in mortario lapideo ad pultariam massam contusæ, exprimantur. Residuum, idonea Aqvæ quantitate affusa, in pulterem redactum etiam exprimatur. Liquores cupreo vasi stannato immitti &, donec coagulati sint, cocti per linteum colentur & aqvæ balneo ad Syrupi tenuioris spissitudinem evaporentur. Massa per aliquod tempus, ut ab impuritatibus liberetur, seposita denuo coletur & aqvæ balneo ad Syrupi communis spissitudinem evaporetur.

**\*EXTRACTUM SEMINUM STRYCHNI.****Extractum Strychni.**

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Extractum nucis vomicæ s. nucum vomicarum spirituosum. Ph. Sv. 45. Extr. nucis vomicæ. Ph. Dan. 50. Extr. nucum vomicarum.*)

Uti Extractum Bulborum Scillæ paretur.

Hujus Extracti una (1) pars Extracti communis spissitudinis parti uni (1) respondet.

Dosis media grani quadrans—granum dimidium ( $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ );  
periculosa grana duo (2).

### EXTRACTUM STIPITUM ASPIDII.

#### Extractum Aspidii.

(*Ph. Bor. 46. Hbg. 52. Extractum Filicis athereum. Ph. Dan. 50.*

*Extr. Filicis Maris athereum. Ph. Sv. 45. Oleum Filicis Maris.*)

Uti Extractum florum Artemisiæ Vahlianæ paretur.

### EXTRACTUM STIPITUM DULCAMARÆ.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Extractum Dulc-*  
*amaræ.*)

Uti Extractum foliorum Menyanthis paretur.

Hujus Extracti septuaginta quinque (75) partes Extracti communis  
spissitudinis partes centum (100) æquant.

### EXTRACTUM STOLONUM TRITICI.

#### Extractum Tritici.

(*Ph. Hbg. 52. Mellago Graminis; cæterarum Extr. Graminis liquidum.*)

Uti Extractum foliorum Menyanthis paretur, nisi quod ad  
Syrupi communis spissitudinem evaporetur.

### FERRUM.

(*Pharmacopœarum Ferrum.*)

Fe = 350,10.

### FLORES ANTHEMIDIS NOBILIS.

#### Flores Anthemidis.

(*Ph. Dan. 05. Chamomilla romana. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50.*

*Hbg. 52. Flores Chamomillæ romanæ.*)

Anthemis nobilis. L. Syngenesia. Polygamia superflua. L.  
Compositæ. Endl. & aliorum. Planta perennis Europæ australis.

### FLORES ARNICÆ MONTANÆ.

#### Flores Arnicæ.

(*Pharmacopœarum Flores Arnicæ.*)

Arnica montana. L. Syngenesia. Polygamia superflua. L.



Compositæ. Endl. & aliorum. Planta perennis in Norvegia frequens.  
Flores recens evoluti colligendi.

## FLORES ARTEMISIÆ VAHLIANÆ.

### Flores Artemisiæ.

(*Pharmacopœarum Semina Cynæ s. Santonici levantica.*)

*Artemisia Vahlia*na. Kostel. (A. Contra. Vahl.) Syngenesia. Polygamia superflua. L. Compositæ. Endl. & aliorum. Suffrutex in Persia, Palæstina, Ægypto, Arabia frequens.

Flores cum pedicellis, fructibus, frustis ramulorum foliisque commixti.

## FLORES HYPERICI PERFORATI.

### Flores Hyperici.

(*Ph. Dan. 05. Coma Hyperici. Ph. Dan. 50. Flores Hyperici.*)

*Hypericum perforatum*. L. Polyadelphia. Polyandria. L. Hypericæ. Juss. Hypericineæ. Endl. Planta perennis in Norvegia frequens.

Flores non plane evoluti colligendi.

## FLORES IMMATURI CARYOPHYLLI AROMATICI.

### Flores Caryophylli.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Caryophylli aromatici; caeterarum Caryophylli.*)

*Caryophyllus aromaticus*. L. (*Eugenia caryophyllata*. Thunb.) Icosandria. Monogynia. L. Myrtaceæ. Endl. & aliorum. Arbor Indiæ orientalis indigena, in insulis Moluccis frequens, in India occidentali & America occidentali culta.

## FLORES LAVANDULÆ SPICÆ.

### Flores Lavandulæ.

(*Pharmacopœarum Flores Lavandulæ s. Lavendulæ.*)

*Lavandula Spica*. L. Didynamia. Gymnospermia. L. Labiata. Endl. & aliorum. Fruticulus Europæ meridionalis indigenus, apud nos cultus.

**FLORES MATRICARIÆ CHAMOMILLÆ.****Flores Matricariæ.**

(*Ph. Dan. 05. Chamomilla vulgaris. Ph. Sv. 45. Dan. 50. Chamomilla nostras. Cæterarum Flores Chamomille vulgaris.*)

*Matricaria Chamomilla.* L. Syngenesia. Polygamia superflua. L. Compositæ. Endl. & aliorum. Planta annua in nonnullis Norvegiæ locis frequens.

Flores nuper evoluti colligantur.

**FLORES RORISMARINI OFFICINALIS.****Flores Rorismarini.**

(*Ph. Dan. 05. Flores Rorismarini.*)

*Rosmarinus officinalis.* L. Diandria. Monogynia. L. Labiatæ. Endl. & aliorum. Frutex Europæ meridionalis & cæterarum terrarum mediterranearum indigenus, in aliis Europæ terris frequenter cultus.

**FLORES SAMBUCI NIGRÆ.****Flores Sambuci.**

(*Pharmacopœarum Flores Sambuci.*)

*Sambucus nigra.* L. Pentandria. Trigynia. L. Caprifoliaceæ. DeC. Lonicereæ. Endl. Arbor in Norvegia rarior, in reliqua Europa frequens.

Cymæ florentes colligendæ, pedunculis recisis.

**FLORES TANACETI VULGARIS.****Flores Tanaceti.**

(*Ph. Sv. 45. Summitates florentes Tanaceti; aliarum Flores Tanaceti.*)

*Tanacetum vulgare.* L. Syngenesia. Polygamia superflua. L. Compositæ. Endl. & aliorum. Planta perennis in Norvegia frequens.

Corymbi nuper evoluti colligendi.

**FLORES VERBASCI THAPSI.****Flores Verbasci.**

(*Pharmacopœarum Flores Verbasci.*)

*Verbascum Thapsus.* L. Pentandria. Monogynia. L. So-

lanæ. Juss. Scrophularinæ. Endl. Planta biennis in locis incultis  
Norvegiæ frequens.

Flores nuper evoluti colligendi.

### \*FOLIA ACONITORUM.

(*Pharmacopœarum Herba Aconiti.*)

Aconitum Napellus. L. A. neomontanum. Willd. Poly-  
andria. Trigynia. L. Ranunculaceæ. Juss. & Endl. Plantæ perennes  
Siberiæ & Europæ borealis.

Folia, priusquam planta floruerit, colligenda.

Dosis media grana duo (2); periculosa grana sex (6).

### FOLIA ALISMATIS PLANTAGINIS.

Folia Alismatis.

Alisma Plantago. L. Hexandria. Polygynia. L. Alismaceæ.  
Lindl. & Endl. Planta perennis Europæ, etiam Norvegiæ.

Folia colligenda, anteqvam floruerit planta.

### FOLIA ARCTOSTAPHYLI OFFICINALIS.

Folia Arctostaphyli.

(*Pharmacopœarum Folia Uvæ Ursi.*)

Arctostaphylos officinalis. Wim. & Grab. (Arbutus  
Uva Ursi. L.) Decandria. Monogynia. L. Ericææ. R. Br. Ericinææ.  
Endl. Fruticulus in Norvegia frequens.

Æstate colligenda.

### \*FOLIA ATROPÆ BELLADONNÆ.

Folia Atropæ.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Bor. 46. Folia Belladonnæ. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg.*  
*52. Herba Belladonnæ.*)

Atropa Belladonna. L. (Belladonna baccifera. Lam.)  
Pentandria. Monogynia. L. Solanææ. Juss. Solanaceæ. Endl. Planta  
perennis Europæ meridionalis & media.

Dosis media granum unum—grana duo (1—2); periculosa  
grana quinque (5).

**FOLIA CASSIARUM.***(Pharmacopœarum Folia Sennæ s. Sennæ alexandrinæ.)*

*Cassia lanceolata.* Forsk. *C. obovata.* Collad. *C. acutifolia.* Del. *C. marylandica.* L. *Decandria.* *Monogynia.* L. *Leguminosæ.* Juss. *Papilionaceæ.* Endl. Suffrutices, priores tres in Ægypto, regno Tripolitano & Arabia, quartus vero in Americæ septentrionalis provinciis meridionalibus frequentes.

Folia Sennæ sic dicta parva non adhibeantur, nisi a medico præscripta sint.

**FOLIA CITRI AURANTII.****Folia Aurantii.**

*(Ph. Dan. 05. Sv. 45. & Bor. 46. Hbg. 52. Folia Aurantiæ. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Fol. Aurantiorum.)*

*Citrus Aurantium.* Vide *Corticem.*

**\*FOLIA CONII MACULATI.****Folia Conii.**

*(Ph. Dan. 05. Cicuta terrestris. Ph. Sv. 45. Herba Conii. Caterarum Hb. Conii maculati.)*

*Conium maculatum.* L. *Pentandria.* *Digynia.* L. *Umbellifera.* Endl. & aliorum. *Planta biennis* Europæ, Asiæ & Americæ.

*Dosis media* grana duo—tria (2—3); *periculosa* grana decem (10).

**\*FOLIA DATURÆ STRAMONII.****Folia Daturæ.**

*(Ph. Dan. 05. Folia Daturæ. Ph. Bor. 46. Dan. 50. Fol. Stramonii. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Herba Stramonii.)*

*Datura Stramonium.* L. (*Stramonium spinosum.* Lam.) *Pentandria.* *Monogynia.* L. *Solanææ.* Juss. *Solanaceæ.* Endl. *Planta annua* ex India orientali oriunda, in Africam septentrionalem & Europam translata, in Norvegia australi interdum in hortis quasi spontanea, sed rara, v. c. prope Christianiam & in parochia Modum nascens.

Folia colligenda, antequam floruerit planta.

*Dosis media* granum unum—grana duo (1—2); *periculosa* grana quinque (5).

**\*FOLIA DIGITALIS PURPUREÆ.****Folia Digitalis.**

(*Ph. St. Hols. 31. Hbg. 52. Herba Digitalis purpurea; cæterarum Folia Digitalis.*)

*Digitalis purpurea*. L. Didynamia. Angiospermia. L. Scrophularinæ. Endl. & aliorum. Planta biennis in Norvegia occidentali frequens.

Folia e plantis incultis florescentibus colligenda.

Dosis media granum unum—grana duo (1—2); periculosa grana sex (6).

**\*FOLIA HYOSCYAMI NIGRI.****Folia Hyoscyami.**

(*Pharmacopœarum Herba s. Folia Hyoscyami.*)

*Hyoscyamus niger*. L. Pentandria. Monogynia. L. Solanæ. Juss. Solanaceæ. Endl. Planta biennis in Europa, etiam Norvegia, frequens.

Folia colligenda, dum in eo est, ut floreat, planta.

Dosis media granum unum—grana duo (1—2); periculosa grana quinque (5).

**FOLIA LAURI NOBILIS.****Folia Lauri.**

(*Ph. Dan. 05. St. Hols. 31. Folia Lauri.*)

*Laurus nobilis*. L. Enneandria. Monogynia. L. Laurinæ. Endl. & aliorum. Arbor Asiæ minoris & Europæ australis indigena.

**FOLIA MALVARUM.**

(*Pharmacopœarum Folia s. Herba Malvæ.*)

*Malva borealis*. Wallr. (*M. rotundifolia*. β. *pusilla*. Sm.) — *M. rotundifolia*. L. & Sm. (*M. vulgaris*. Fr.) Monadelphia. Polyandria. L. Malvaceæ. Endl. & aliorum. Plantæ perennes Europæ, prior in Norvegia frequens.

Folia colligenda, antequam floruerit planta.

**FOLIA MENYANTHIS TRIFOLIATÆ.****Folia Menyanthis.**

(*Ph. Sv. 45. Folia Trifolii aquatici; cæterarum Fol. s. Herba Trifolii fibrini.*)

*Menyanthes trifoliata*. L. Pentandria. Monogynia. L. Gentianæ. Endl. & aliorum. Planta perennis Europæ, nec non borealis Asiæ & Americæ.

Folia colligenda, priusquam floruerit planta.

### FOLIA NICOTIANÆ TABACI.

#### Folia Nicotianæ.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Folia Tabaci s. Nicotianæ. Ph. Bor. 46. Dan. 50. Fol. Nicotianæ. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Herba Nicotianæ.*)

*Nicotiana Tabacum*. L. Pentandria. Monogynia. L. Solanææ. Juss. Solanaceæ. Endl. Planta annua Americæ meridionalis indigena, in multis terræ plagis culta.

Dosis media granum unum (1); periculosa grana tria (3).

### FOLIA PETROSELINI SATIVI.

#### Folia Petroselini.

*Petroselinum sativum*. Hoffm. (*Apium Petroselinum*. L.) Pentandria. Digynia. L. Umbellifæræ. Endl. & aliorum. Planta biennis Europæ meridionalis, in primis Sardinia, apud nos hortensis.

Folia, priusquam floruerit planta, carpenda.

### FOLIA RORISMARINI OFFICINALIS.

#### Folia Rorismarini.

(*Ph. Dan. 05. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Herba Rorismarini s. Anthos. Ph. Sv. 45. Bor. 46. Dan. 50. Folia Rorismarini.*)

*Rosmarinus officinalis*. L. Diandria. Monogynia. L. Labiata. Endl. & aliorum. Frutex Europæ meridionalis indigenus, apud nos interdum hortensis.

### FOLIA SALVIÆ OFFICINALIS.

#### Folia Salviæ.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sv. 45. Bor. 46. Folia Salviæ. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Herba Salviæ.*)

*Salvia officinalis*. L. Diandria. Monogynia. L. Labiata. Endl. & aliorum. Fruticulus Europæ meridionalis, apud nos hortensis.

Folia, priusquam floruerit planta, colligenda.

**FOLIA TUSSILAGINIS FARFARÆ.****Folia Tussilaginis.**

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sv. 45. Bor. 46. Folia Tussilaginis s. Farfaræ. Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Herba Farfaræ.*)

Tussilago Farfara. L. Syngenesia. Polygamia superflua. L. Compositæ. Endl. & aliorum. Herba perennis in argillosis, subhumidis locis Europæ totius, etiam Norvegiæ, Asiæ borealis & mediæ nascens.

Juniora plantæ folia colligenda.

**FRUCTUS CANNABIS SATIVÆ.****Fructus Cannabis.**

(*Pharmacopœarum Semen s. Semina Cannabis.*)

Cannabis sativa. L. Dioecia. Pentandria. L. Urticæ. Juss. Cannabineæ. Endl. Planta annua Indiæ orientalis indigena, in Norvegia culta.

Prorsus maturi colligendi.

**FRUCTUS CAPSICI ANNUI.****Fructus Capsici.**

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Piper indicum s. hispanicum. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Hbg. 52. Fructus Capsici annui.*)

Capsicum annuum. L. Pentandria. Monogynia. L. Solanæ. Juss. Solanaceæ. Endl. Planta annua Indiæ occidentalis et Americæ australis, interdum apud nos culta.

**FRUCTUS CARI CARVI.****Fructus Cari.**

(*Pharmacopœarum Semen s. Semina Carvi.*)

Carum Carvi. L. Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Endl. & aliorum. Planta biennis in Norvegiæ pratis frequens.

Bene maturi colligendi.

**FRUCTUS CITRI AURANTII IMMATURI.****Fructus Aurantii immaturi.**

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Poma Aurantium immatura. Ph. Sv. 45. Bor. 46. Fructus Aurantii immaturi. Ph. Hbg. 52. Poma s. Fructus Aurantii.*)

Citrus Aurantium. Vide Corticem.

**FRUCTUS CITRI MEDICÆ.****Fructus Citri.**

(*Ph. Dan. 05. Citra. Ph. Dan. 50. Poma Citri. Cæterarum Fructus Citri.*)

*Citrus medica*. L. Vide *Corticem*.

Fructus maturi recentes, qvatenus suppetant.

**FRUCTUS CUMINI CYMINI.****Fructus Cumini.**

(*Ph. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. Semina Cumini. Ph. Sv. 45. Sem. Cymini.*)

*Cuminum Cyminum*. L. Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Endl. & aliorum. Planta annua orientalis, in Europa culta.

**FRUCTUS FOENICULI OFFICINALIS.****Fructus Foeniculi.**

(*Pharmacopœarum Semen vel Semina Foeniculi.*)

*Foeniculum officinale*. All. (*Foeniculum vulgare*. Gaertn. *Anethum Foeniculum*. L. *Meum Foeniculum*. Spr.) Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Endl. & aliorum. Planta perennis Europæ mediæ & meridionalis, interdum apud nos hortensis.

**FRUCTUS HUMULI LUPULI.****Fructus Humuli.**

(*Ph. Dan. 05. Coni Lupuli. Ph. Sl. Hols. 31. Sv. 45. Bor. 46. Hbg. 52. Strobili s. Strobuli Lupuli.*)

*Humulus Lupulus*. Foemina. L. Dioecia. Pentandria. L. Urticæ. Juss. Cannabineæ. Endl. Planta perennis, in Norvegia sponte nascens & frequenter culta.

Fructus bene maturi colligendi.

**FRUCTUS ILLICII ANISATI.****Fructus Illicii.**

(*Ph. Dan. 05. Anisum stellatum. Ph. Sv. 45. Pericarpia cum seminibus Illicii anisati. Aliarum Pharmacopœarum Semina Anisi stellati.*)

*Illicium Anisatum*. L. Polyandria. Polygynia. L. Magnoliaceæ. Endl. & aliorum. Arbor Japoniæ, Chinæ & insularum Philippinarum.



**FRUCTUS JUNIPERI COMMUNIS MATURI.****Fructus Juniperi.***(Pharmacopœarum Baccæ Juniperi.)*

Juniperus communis. L. Dioecia. Monadelphia. L. Coniferae. Juss. Cupressineæ. Endl. Frutex in Norvegia frequens.

Fructus altero demum anno maturi, nigri, autumnò colligendi.

**FRUCTUS LAURI NOBILIS.****Fructus Lauri.***(Pharmacopœarum Baccæ Lauri.)*

Laurus nobilis. Vide Folia.

**FRUCTUS OENANAHES PHELLANDRII.****Fructus Oenanthes.***(Pharmacopœarum Semina Phellandrii s. Foeniculi aquatici.)*

Oenanthe Phellandrium. Lam. (Phellandrium aquaticum. L.) Pentandria. Digynia. L. Umbelliferae. Endl. & aliorum. Planta biennis Europæ & borealis Asiæ.

**FRUCTUS PAPAVERIS SOMNIFERI IMMATURI.****Fructus Papaveris.**

*(Ph. Dan. 50. Capita Papaveris albi. Ph. Sv. 45. Bor. 46. Hbg. 52. Capita Papaveris.)*

Papaver somniferum. L. Polyandria. Monogynia. L. Papaveraceæ. Endl. & aliorum. Planta annua Orientis, etiam Europæ meridionalis.

**FRUCTUS PETROSELINI SATIVI.****Fructus Petroselini.***(Pharmacopœarum Semen v. Semina Petroselini.)*

Petroselinum sativum. Hoffm. (Apium Petroselinum. L.). Pentandria. Digynia. L. Umbelliferae. Endl. & aliorum. Planta annua ubiqve in Europa culta.

Fructus prorsus maturi colligendi.

**FRUCTUS PIMENTÆ AROMATICÆ.****Fructus Pimentæ.**

(Ph. Sv. 45. *Piper jamaicense*. Ph. Dan. 50. Hbg. 52. *Semina Amomi*. s.  
*Piper jamaicense*.)

*Pimenta aromatica*. Nees. (*Myrtus Pimenta*. L. *Eugenia Pimenta*. DeC.) *Icosandria*. *Monogynia*. L. *Myrtaceæ*.  
Endl. & aliorum. Arbor Indiae occidentalis, præsertim Jamaicae.

**FRUCTUS PIMPINELLÆ ANISI.****Fructus Anisi.**

(Ph. Dan. 05. Sv. 45. Hbg. 52. *Anisum* s. *Semina Anisi*. Ph. Sl.  
*Hols*. 31. *Bor*. 46. Dan. 50. *Semina Anisi vulgaris*.)

*Pimpinella Anisum*. L. (*Anisum vulgare*. Gaertn.)  
*Pentandria*. *Digynia*. L. *Umbelliferæ*. Endl. & aliorum. Planta annua  
Ægypti & Græciæ insularum indigena, in Europa sparsim culta.

**FRUCTUS PIPERIS CUBEBAË.****Fructus Cubebæ.**

(*Pharmacopœarum Cubebæ* s. *Piper caudatum*.)

*Piper Cubeba*. L. *Diandria*. *Trigynia*. L. *Piperaceæ*. Endl.  
& aliorum. Frutex Indiae orientalis.

**FRUCTUS PIPERIS NIGRI IMMATURI.****Fructus Piperis nigri.**

(Ph. Dan. 05 & 50. Sl. *Hols*. 31. Hbg. 52. *Piper nigrum*.)

*Piper nigrum*. L. Frutex Indiae orientalis indigenus, etiam  
in aliis terræ plagis cultus.

**FRUCTUS PIPERIS NIGRI MATURI  
DECORTICATI.****Fructus Piperis nigri decorticati.**

(Ph. Dan. 05. Sl. *Hols*. 31. Sv. 45. Hbg. 52. *Piper album*.)

*Piper nigrum*. L. Vide Fructus immaturos.

**FRUCTUS SAMBUCI NIGRÆ.****Fructus Sambuci.**

(*Pharmacopœarum Baccæ Sambuci*.)

*Sambucus nigra*. L. Vide Flores.  
Fructus siccati.

### FRUCTUS TAMARINDI INDICÆ.

#### Fructus Tamarindi.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46. Dan. 50. Hbg. 52. Tamarindi, Fructus Tamarindi s. Tamarindorum.*)

*Tamarindus indica*. L. Triandria. Monogynia. L. Leguminosæ. Juss. Papilionaceæ. Endl. Arbor Asiæ meridionalis & Africae mediæ indigena, in terris tropicis frequenter culta.

Fructus conditi.

### FULIGO SPLENDENS.

#### Fuligo.

(*Ph. Sv. 45. Dan. 50. Hbg. 52. Fuligo splendens.*)

Massa nigricans, splendens, fragilis, pumicosa, e ligni urentis fumo elicita, ad caminorum & fumariorum parietum partes inferiores deposita.

### GALLÆ QUERCUS INFECTORIÆ.

#### Gallæ Quercus.

(*Pharmacopœarum Gallæ, Gallæ turcicæ v. Gallæ haleppens.*)

*Quercus infectoria*. Oliv. Monoecia. Polyandria. L. Cupuliferæ. Bisch. & Endl. — Arbuscula orientalis, præsertim Asiæ minoris.

### GELATINA CETRARIÆ.

(*Ph. Sv. 45. Dan. 50. Gelatina Lichenis islandici. Ph. Sl. Hols. 31. Gelatina Lichenis islandici amara.*)

Rp. Cetrariæ concisæ partem unam . . . . . 1.  
Coqvatur cum  
Aqvæ partibus viginti qvatuor . . . . . 24  
ad expressam colaturam partium sedecim . . . . . 16.  
Ex tempore paretur.

### GELATINA CETRARIÆ ELOTÆ.

(*Ph. Sl. Hols. 31. Gelatina Lichenis islandici edulcorata. Ph. Sv. 45. Hbg. 52. Gelatina Lichenis islandici.*)

E Cetraria elota uti Gelatina Cetrariæ paretur.

### GELATINA SPHÆROCOCCHI.

(*Ph. Sv. 45. Gelatina Caragheen. Ph. Dan. 50. Gelatina Lichenis Caragheni. Ph. Hbg. 52. Gelatina Fuci crispi.*)

Rp. Sphærococci concisi partem unam . . . . . 1.  
 Coqvatur cum  
 Aquæ partibus qvadräginta octo . . . . . 48  
 ad expressam colaturam partium triginta duarum . . . 32.  
 Ex tempore paretur.

### GLOBULI TARTRATIS FERRICO—KALICI.

(*Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Globuli Tartari martiati. Ph. Sv. 45. Globuli martiales. Ph. Hbg. 52. Globuli Tartari ferrati. Ph. Bor. 46. Ferro-kali tartaricum.*)

Rp. Ferri limati partes tres . . . . . 3.  
 Tartratis hydrico-kalici pulverati partes octo . . 8.  
 Aquæ partes nonaginta sex . . . . . 96.  
 In vase ferreo coqvantur, spatula ferrea agitata, qvamdium Gas Hydrogenii evolvatur. Tum liqvor una cum sale albicante, ferro forte relicto intacto, defundatur & aquam iterum iterumqve affundendo digeratur, donec maxima pars soluta sit. Vaporis dein balneo eo usqve evaporetur, ut exinde globuli formari possint.

### GUMMI ACACIARUM.

(*Pharmacopoeiarum Gummi arabicum.*)

Acacia vera. Willd. (*Mimosa nilotica. L. pro parte.*)  
 A Senegal ad Ægyptum nascens. — A. arabica. Willd. (*M. nilotica. L. pro parte.*) Ab Ægypto superiori & Arabia ad Indiam orientalem nascens. — Acacia ehrenbergiana. Hayne. (*A. Ehrenbergii. Nees jun.*). In desertis Lybiæ & Nubiæ nascens. Et plures species. Polygamia. Monoecia. L. Leguminosæ. Juss. Mimosæ. Endl.

### GUMMI ASTRAGALORUM.

(*Ph. Dan. 05. Sv. 45. Bor. 46. Tragacantha; reliqvarum Gummi Tragacantha.*)

*Astragalus verus*. Oliv. *Astragalus gummifer*. Labill. Frutices, alter Persiæ, Armeniæ & Asiæ minoris, alter Syriæ, imprimis ad Libanon, indigenus. — Diadelphia. Decandria. L. Leguminosæ. Juss. — Papilionaceæ. Endl.

### GUMMI—RESINA BALSAMODENDRI MYRRHÆ.

#### Gummi-resina Balsamodendri.

(*Pharmacopœarum Myrrha, Myrrha electa, Gummi Myrrhæ.*)

*Balsamodendron Myrrha*. Ehr. Octandria. Monogynia. L. Burseraceæ. Endl. & Kunth. — Arbor Arabiæ indigena.

Electa dispensetur, nisi vilior species expresse præscripta sit.

### GUMMI—RESINA BOSWELLIÆ SERRATÆ.

#### Gummi-resina Boswelliæ.

(*Pharmacopœarum Olibanum s. Thus.*)

*Boswellia serrata*. Stackh. (*B. thurifera* Roxb.) Decandria. Monogynia. L. Burseraceæ. Endl. & aliorum. Arbor Indiæ orientalis.

Electa dispensetur, nisi vilior species expresse præscripta sit.

### \*GUMMI—RESINA CONVULVULI SCAMMONIÆ.

#### Gummi-resina Convolvuli.

(*Pharmacopœarum Scammonium vel Scammonium aleppense.*)

*Convolvulus Scammonia*. L. Pentandria. Monogynia. L. Convolvulaceæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis orientalis, imprimis in Syriâ frequens.

Dosis media grana duo—tria (2—3); periculosa grana novem (9).

### GUMMI—RESINA DOREMÆ ARMENIACI.

#### Gummi-resina Doremæ.

(*Pharmacopœarum Ammoniacum s. Gummi ammoniacum.*)

*Dorema armeniacum*. Don. (*Ferula ammoniacum*. Szowitz. - *F. ammonifera*. Lemery.) Pentandria. Digynia. L. Umbelliferae. Endl. & aliorum. — Suffrutex Armeniæ & Persiæ septentrionalis indigenus.

Electa dispensetur, nisi vilior species expresse præscripta sit.

**GUMMI—RESINA FERULÆ ASÆ FOETIDÆ.****Gummi-resina Ferulæ.***(Pharmacopœarum Asa foetida.)*

*Ferula Asa foetida.* Kæmpf. Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Endl. & aliorum. — Planta perennis Persiæ indigena.

Electa dispensetur, nisi vilior species expresse præscripta sit.

**GUMMI—RESINA GALBANI OFFICINALIS.****Gummi-resina Galbani.***(Pharmacopœarum Galbanum s. Gummi Galbanum.)*

*Galbanum officinale.* Don. Pentandria. Digynia. L. Umbelliferæ. Endl. & aliorum. — Frutex Syriæ, Arabiæ, Persiæ & Indiæ orientalis indigenus.

Electa dispensetur, nisi vilior species expresse præscripta sit.

**\*GUMMI—RESINA HEBRADENDRI CAMBOGIOIDES.****Gummi-resina Hebradendri.***(Pharmacopœarum Gutti, Cambogium vel Gummi Guttiæ.)*

*Hebradendron cambogioides.* Grah. (*Garcinia Morella.* Desr. *Mangostana Morella.* Gaertn.) Dodecandria. Monogynia. L. Guttiferæ. Juss. Clusiaceæ. Endl. Arbor Siam, Cochinchinæ & insularum Moluccarum indigena, in insula Ceilan culta.

Electa dispensetur, nisi vilior species expresse præscripta sit.

Dosis media grana tria—quatuor (3—4); periculosa grana decem (10).

**HERBA FLORENS ARTEMISIÆ ABSYNTHII.****Herba Absynthii.***(Ph. Dan. 05. Absynthium vulgare. Ph. Sv. 45. Absynthium. Ph. Dan. 50.**Herba cum summitatibus Absynthii. Reliquarum Hb. Absynthii.)*

*Artemisia Absynthium.* L. (*Absynthium vulgare.* Lam.) Syngenesia. Polygamia superflua. L. Compositæ. Endl. & aliorum. Suffrutex in tota Europa, etiam in Africa & Asia boreali frequens.

Folia cum summitatibus colligenda.

**HERBA FLORENS CHELIDONII MAJORIS.****Herba Chelidonii.***(Pharmacopoearum Herba Chelidonii majoris s. Hb. Chelidonii.)*

*Chelidonium majus*. L. Polyandria. Monogynia. L. Papaveraceæ. Juss. & Endl. — Planta perennis in Europa, etiam in Norvegia frequens.

**HERBA FLORENS CNICI BENEDICTI.****Herba Cnici.***(Pharmacopoearum Herba Cardui benedicti.)*

*Cnicus benedictus*. Gaertn. (*Centaurea benedicta*. L.) Syngenesia. Polygamia frustranea. L. Compositæ. Endl. & aliorum. — Planta annua Orientis & Europæ meridionalis indigena, apud nos hortensis.

**HERBA FLORENS COCHLEARIÆ OFFICINALIS.****Herba Cochleariæ.***(Pharmacopoearum Herba Cochleariæ.)*

*Cochlearia officinalis*. L. Tetradynamia. Siliculosa. L. Cruciferæ. Juss. & Endl. — Planta biennis ad litora Europæ, etiam Norvegiæ borealis, frequens, in hortis culta.

**HERBA FLORENS LOBELIÆ INFLATÆ.****Herba Lobeliæ.***(Ph. Bor. 46. Herba Lobeliæ. Ph. Dan. 50. Hbg. 52. Hb. Lobeliæ inflatæ.)*

*Lobelia inflata*. L. Pentandria. Monogynia. L. Lobeliaceæ. Juss. & Endl. — Planta annua Americæ septentrionalis indigena.

**HERBA FLORENS MELILOTORUM.****Herba Melilotorum.**

*(Ph. Dan. 05. Coma Meliloti. Ph. Sl. Hols. 31. Flores Meliloti citrini. Ph. Sv. 45. Hbg. 52. Herba Meliloti cum floribus. Ph. Bor. 46. Hb. Meliloti citrini. Ph. Dan. 50. Hb. Meliloti.)*

*Melilotus officinalis*. Lam. (*Trifolium Melilotus officinalis*. L.) *Melilotus petitpierreana*. Willd. (*M. arvensis*. Wallr.) Diadelphia. Decandria. L. Leguminosæ. Juss. Papilionaceæ. Endl. Plantæ annuæ & biennes totius fere Europæ, præsertim meridionalis.

**HERBA FLORENS MELISSÆ OFFICINALIS.****Herba Melissa.**

(*Ph. Dan. 05. Herba Melissa citrata. Ph. Sc. 45. Hb. Melissa citrata.*  
*Ph. Hbg. 52. Hb. Melissa.*)

*Melissa officinalis*. L. Didynamia. Gymnospermia. L. Labiata. Juss. & Endl. Planta perennis Europæ meridionalis.

**HERBA FLORENS MENTHÆ CRISPÆ.****Herba Mentha.**

(*Pharmacopœarum Herba Menthae crispæ.*)

*Mentha crispa*. L. (*M. aquatica*. Benth. *M. sylvestris*.  $\beta$ . *undulata* &  $\gamma$ . *crispata*. Koch.) — Didynamia. Gymnospermia. L. Labiata. Juss. & Endl. — Planta perennis Siberiæ indigena, apud nos hortensis.

**HERBA FLORENS ORIGANI VULGARIS.****Herba Origani.**

(*Ph. Dan. 05. Hbg. 52. Herba Origani vulgaris cum floribus. Ph. Sl. Hols. 31. Dan. 50. Hb. Origani vulgaris.*)

*Origanum vulgare*. L. Didynamia. Gymnospermia. L. Labiata. Juss. & Endl. — Planta perennis mediæ Asiæ, septentrionalis Americæ & Europæ, etiam Norvegiæ.

**HERBA FLORENS URTICARUM.****Herba Urticarum.**

*Urtica urens*. U. dioica. L. Monoecia. Tetrandria. L. Urticæ. Juss. Urticaceæ. Endl. Plantæ in Norvegia frequentissima.

**HERBA FLORENS VIOLÆ TRICOLORIS.****Herba Viola.**

(*Pharmacopœarum Herba Viola tricoloris s. Jacæ.*)

*Viola tricolor*. L. (*V.  $\alpha$ . vulgaris* &  $\beta$ . *arvensis*. Koch.) — Pentandria. Monogynia. L. Violariæ. Endl. & aliorum. — Planta annua in Norvegia frequentissima.



**HYDRARGYRUM.**

(Ph. Bor. 46. *Hydrargyrum depuratum*; cæterarum *Hydrargyrum*, *Hydrargyrus* s. *Mercurius vivus*.)

Hg.

Hg = 1250,00

**HYDRAS FERRICUS.**

(Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. *Ferrum oxydatum fuscum*.

Ph. Bor. 46. *Ferrum hydricum*.)

Fe<sub>2</sub>O<sub>3</sub>, 2HO.

Fe<sub>2</sub>O<sub>3</sub> = 1000,20 ∴ 81,64

2HO = 225,00 ∴ 18,36

1225,20 ∴ 100,00

**HYDRATO—CARBONAS MAGNESICUS.**

(Ph. Dan. 05 & 50. Sl. Hols. 31. Hbg. 52. *Magnesia carbonica*. Ph. Sv.

45. *Magnesia alba*. Ph. Bor. 46. *Magnesia hydrico-carbonica*.)

5MgO, 4CO, 5HO.

5MgO = 1250,95 ∴ 42,94

4CO<sub>2</sub> = 1100,00 ∴ 37,75

5HO = 562,50 ∴ 19,31

2913,45 ∴ 100,00

**HYDRATO—CARBONAS PLUMBICUS.**

(Ph. Dan. 05 & 50. Sv. 45. *Cerussa alba*. Ph. Sl. Hols. 31. Bor. 46.

Hbg. 52. *Cerussa*.)

2(PbO, CO<sub>2</sub>), PbO, HO.

3PbO = 4183,94 ∴ 86,33

2CO<sub>2</sub> = 550,00 ∴ 11,35

HO = 112,50 ∴ 2,32

4846,44 ∴ 100,00

**HYDRATO—CARBONAS ZINCICUS.**

(Ph. Dan. 05. *Zincum oxydatum album*.)

12ZO, 4CO<sub>2</sub>, 9HO.

12ZO = 6079,13 ∴ 74,21

4CO<sub>2</sub> = 1100,00 ∴ 13,43

9HO = 1012,50 ∴ 12,36

8191,63 ∴ 100,00

## ICHTHYOCOLLA.

(*Pharmacopœarum Ichthyocolle s. Colla piscium.*)

Acipenser Sturio. L. A. Huso. L. A. ruthenus. L. A. stellatus. L. Pisces. Chondropterygii. L. Maris Caspici fluminum-que Russiæ meridionalis incolæ.

## INFUSA,

quibus nulla formula nominatim præscripta est, eodem modo parentur, ac Infusum foliorum Cassiarum.

### INFUSUM FOLIORUM CASSIARUM.

#### Infusum Cassiarum.

(*Ph. Sv. 45. Infusum Sennæ.*)

- Rp. Foliorum Cassiarum concisorum partem unam . . . 1.  
 Vasi stanneo vel cupreo stannato immissis infundantur  
 Aquæ fervidæ  
 quantum post dimidiæ horæ digestionem sufficiat ad expressam colaturam partium decem 10.  
 Liqvor, ut impuritates subsidant, per aliquod tempus sepositus defundatur.

### INFUSUM RADICIS RHEORUM NATRONATUM.

#### Infusum Rheorum.

(*Ph. Sv. 45. Infusum Rhei; cæterarum Tinctura Rhei vel Rhabarbari aquosa.*)

- Rp. Radicis Rheorum concisæ partes octo . . . . . 8.  
 Carbonatis natrici partes tres . . . . . 3.  
 Per duodecim horas in vitreo vel porcellaneo vase macerentur cum  
 Aquæ frigidæ  
 quantum sufficiat ad expressam colaturam partium octoginta 80.  
 Liqvor, ut impuritates subsidant, per aliquod tempus sepositus defundatur.

### \*IODETUM HYDRARGYROSUM FLAVUM.

(*Ph. Sv. 45. Jodetum hydrargyrosum. Ph. Bor. 46. Hydrargyrum iodatum flavum. Ph. Dan. 50. Hydrargyrum jodatum. Ph. Hbg. 52. Hydrargyrum iodatum.*)

Hg<sub>2</sub>, I.

$$\begin{array}{r} \text{Hg}_2 = 2500,00 \text{ : } 61,18 \\ \text{I} = 1585,99 \text{ : } 38,82 \\ \hline 4085,99 \text{ : } 100,00 \end{array}$$

Dosis media grani quarta—dimidia ( $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ ) pars; periculosa granum unum & dimidium ( $1\frac{1}{2}$ ).

### \*IODETUM HYDRARGYRICUM RUBRUM.

(*Ph. Sv. 45. Jodetum hydrargyricum. Ph. Bor. 46. Hydrargyrum biiodatum rubrum. Ph. Dan. 50. Hydrargyrum bijodatum. Ph. Hbg. 52 Hydrargyrum periodatum s. biiodatum.*)

Hg, I.

$$\begin{array}{r} \text{Hg} = 1250,00 \text{ : } 44,08 \\ \text{I} = 1585,99 \text{ : } 55,92 \\ \hline 2835,99 \text{ : } 100,00 \end{array}$$

